

1332

GUILLAUME FAREL à Jean Calvin, à Genève.

De Neuchâtel, 23 février 1544.

Autogr. Biblioth. des pasteurs de Neuchâtel. Cal. Opp. XI, 680.

S. Accepisti, ut opinor, quæ scribit *Toussain*<sup>1</sup>, cui adsit D.[ominus] et omnibus qui in Verbo laborant. Quantum desidero ne fiat quod arrogans ille cupit introducere<sup>2</sup>, sensim adrepens ut ecclesiam vastet, tantum cupio istam tandem absolvi pacem<sup>3</sup>, in qua tamdiu laborarunt pii : de qua nihil potui intelligere certi. Qui fratris literas *Paterniaco* huc attulit<sup>4</sup>, dicebat *legatos Genevenses* tanta festinatione domum redire, quasi nunquam tempestivè satis eò perventuri essent : quod me aliquid suspicari mali cogebat, nisi impendiò ducalis<sup>5</sup> fuisset. Aliqui ex fratribus dixerunt rem peractam esse feliciter, sed nemo certi aliquid affert. Utinam vel serò tandem exoptatissima ista pax firmetur ! De Comitibus<sup>6</sup> nihil possum intelligere, nec *Argentoratens.*[sis] aliquis scribit, cum interea discupiam rescire fructum tui laboris<sup>7</sup>, quem precor D.[ominum] ut uberrimum esse faciat, prout spero futurum, nec frustrabor hac spe.

*Nosti ut habeant hïc omnia*, quis sit magistratus, quis pastorum status, *nec te fugit quid miser ille Cortes.*[ius]<sup>8</sup>, *qui et apud Mediomatrices et hïc et istic, imò passim, conatus est omnia evertere in odium nostrî*, et ut posset magis obesse, per *leprosus*

<sup>1</sup> Lettre de *Pierre Toussain* du 15 janvier, ou une lettre de lui plus récente.

<sup>2</sup> Allusion à *Jean Engelmann*.

<sup>3</sup> La paix entre Berne et Genève.

<sup>4</sup> *Brunet Pelé* (N° 1331, n. 9).

<sup>5</sup> C'est-à-dire, à moins que le narrateur ne fût un zélé partisan du *duc de Savoie*, et, par conséquent, disposé à interpréter en mal la marche précipitée des députés genevois.

<sup>6</sup> La diète impériale de Spire.

<sup>7</sup> L'effet produit à *Spire* par la *Supplex exhortatio* de Calvin (p. 86, n. 11).

<sup>8</sup> Le mot *cortes*, a été ajouté par Farel au dessus de la ligne.

voluit tragœdiam agere<sup>9</sup>. Vocabatur ex illis unus, qui petebat nescio quas sibi inducias dari<sup>10</sup>, *collegam* arguens quod aliter loqueretur quàm sentiret, nimirum quòd mecum verbis faciens, cum adversariis animo esset<sup>11</sup>.

*Demum prodiit liber quem ad te mitto, qui apparabatur non ignorante collega*<sup>12</sup>, nam versor<sup>13</sup> est huic intimus. Et quamvis libellus adèd ineptus sit, non solùm interpretis vitio, verùm etiam in ipsa qua fuit conscriptus lingua Germanica, ut notat *Zwnglius*<sup>14</sup>, tamen gestiunt ita miseri, qui omnia cupiunt eversa quæ sunt Dei, de illo consensu perditissimorum hominum, et de

<sup>9</sup> En critiquant avec àpreté (comme on peut le supposer) une mesure charitable, demandée en faveur des *lépreux*.

<sup>10</sup> Ce lépreux sollicitait sans doute la permission de sortir, pour quelques jours, de la léproserie ou *maladière*, en prenant les précautions nécessaires. (Cf. t. VIII, p. 326, n. 42. — Matile, o. c. I, p. 93, chap. VIII, intitulé : Ladres, maladières, serment d'un lépreux.)

<sup>11</sup> Au point de vue de Farel, *Jean Chaponneau* était de cœur avec « les adversaires ; » car étant informé de la prochaine publication d'un livre favori des *Anabaptistes*, il n'avait rien fait pour l'empêcher.

<sup>12</sup> Voyez, note 14, le titre de cet ouvrage.

<sup>13</sup> Le nom de ce traducteur est resté inconnu. Il vivait, semble-t-il, à *Neuchâtel*, ou dans une contrée voisine, puisqu'il était ami intime de *Chaponneau*.

<sup>14</sup> L'opuscule original, composé par *B. Hubmaier*, prédicateur des Anabaptistes, à Waldshout, est intitulé : Von dem Christenlichen Taufß der gläubigen. (Nürnberg, F. Peypus) 1525, — c'est-à-dire : *Du Baptême chrétien des croyants*. Jean Oecolampade en envoya un exemplaire à *Zwingli*, le 2 octobre (1525). Celui-ci publia, en réponse, une brochure allemande, datée du 5 novembre, même année, qui a été traduite plus tard en latin par R. Gualther, et dont voici le commencement :

« HULDRYCHUS ZWINGLIUS Baltazari Huebmer Doctori in Waldshuot, gratiam et pacem a Deo patre per Iesum Christum exoptat.

Hoc tibi ante omnia plenissimè persnasum esse velim, Baltazar dilecte, me obturatis auribus librum tuum præteriturum fuisse, ut quem nulla prorsus responsione dignum judicarem, nisi infirmiores quosdam et simplicis ingenii homines personata hac larva tua et Tragica verborum ostentatione attoniti, nugas tuas horrere vidissem. His itaque rem omnem exponi oportuit, ut te non alia re quàm vanissimis nugis et ineptis clamoribus occupatum esse videant : ne fortè ingentem molem te movere et volvere credant, præstigiis tuis excæcati, cum vix culmus aut stipula sit, in cujus gratiam tantùm sudare soles. » (H. Zwinglii Opera, Tiguri, 1544-1545, t. II, fol. 99 a. — Texte allemand dans l'édition Schuler et Schulthess, 1830, t. II, p. 343. — J. H. Ottii Annales anabaptistici. Basileæ, 1672, p. 22-25.)

tam obstinata et pertinace perseverantia in pessima sententia, qua *miser quidam* ad mortem perduravit, ut putent omnia tanquam verissima oracula haberi debere<sup>15</sup>. Pervadunt ædes *leprosi*, aliqui corpore et alii non minùs animi lepra contaminati, et omnia *libelli* inculcant et non paucos seducunt, quia in nonnullis est Verbi aliquis fucus. Quare *fratres cum videant opus esse aliqua responsione, — non quòd liber dignus sit, sed propter simplices, in quibus aliquis est timor Dei, — te rogant propter Dominum, ut hanc suscipias provinciam, nec dedigneris propter miseros autores opus aggredi*. Scimus omnes te supra modum occupatum, et alia habere tractanda in quibus plus videatur esse commodi, non tantùm hñc jam agentibus sed posteris quoque, præcipuè in Scripturæ enarratione. Sed non ignoras quàm præsens venenum Ecclesiæ sit hoc hominum genus, et quàm oporteat occurrere pestilentissimis doctrinis hæreticorum. Deligeremus alium : sed dic, quæso, quem inveniemus qui multo labore nunc addendo, nunc subducendo, nunc vertendo, et quid dicam, omnia agendo, id tam facillè præstet, quàm tu vel ludendo possis? Cum igitur levi labore morem gerere fratribus possis et rem tam necessariam absolvere, et omnibus valdè utilem, te omnes orant ut te exorari patiaris et hoc efficias, nec aggrediaris aliud priusquam absolveris<sup>16</sup>. *Si operi adjunxeris quod contra dormitionem fictam somno erroris sepulcorum emisisti*<sup>17</sup>, *versum*

<sup>15</sup> Dans l'ouvrage cité plus bas (n. 16) *Calvin* parle comme il suit de cet *anabaptiste martyr* : « Or pour donner quelque couleur... à leur doctrine, ilz ont faict imprimer avec leur résolution l'histoire de la mort de je ne say quel *Michel*, leur complice et adhérent à leur secte : et de faict ilz ont acoustumé de faire un grand bouclier, de ce que plusieurs sont mortz, pour avoir maintenu leurs opinions, sans s'en vouloir rétracter : encor que par ce moyen ilz peussent eschapper la mort et racheter leur vie. Et de faict c'est un tesmoignage de belle apparence... Mais pource que nous pourrions estre tous les coups deceuz en cela, si nous ne passions outre, il est question de revenir au fondement, sans lequel nous ne saurions assoir jugement seur... Il est certain, que la mort d'un homme... n'est jamais si précieuse, qu'elle puisse, ne doyye en rien préjudicier à la verité de Dieu, ou qu'elle soit vaillable pour approuver doctrine erronée et perverse » (p. 188, 189).

<sup>16</sup> Calvin répondit favorablement au vœu des pasteurs neuchâtelois (Cf. la lettre du 1<sup>er</sup> juin 1544, en tête de la *Briève instruction contre les erreurs des Anabaptistes*).

<sup>17</sup> Allusion à la *Psychopannychia*, ouvrage de *Calvin*, composé à Orléans en 1534 et publié à Strasbourg en 1542 (III, 243, 245).

*prîus Gallicè*<sup>18</sup>, ut *præcipua perditissimæ sectæ capita conterantur, adjuvabis multos* : quod quæso te nolis negligere. Si non cum fratribus qui arcè jusserunt ut ad te scriberem, comprehender[er], et eorum petitionem non pluris esse apud te crederem, quàm meam unius, ego qui cum omnibus flagito et te obtestor ut hoc perficias, obsecrandi finem non facerem, nec vererer quin obtinerem. Quòd si me cum tali cœtu non audis, quid sperare possum quòd solus à te aliquid impetrem?

*Causa captivi*<sup>19</sup> rectiùs fuisset curata, si nuncius ad quem nos remittit *frater*, huc venisset, aut omnia intellexissemus ut acta fuerunt. Nam id scire cupiebant *Consul* et *Senatus*<sup>20</sup>: aliam non potuimus proponere, nisi quam scribit frater. Si vacat, leges literarum exemplar, et nuncio demum reddes ut ad fratrem perferat. Vale et omnes istic salvere jube, tuam conjugem, *Genestonum*, *Bernardinum* et symmystas omnes. Nostri te omnes salvum cupiunt. Neocomi, 23 Februarii 1544.

Tuus totus FARELLUS.

(*Inscriptio* :) Doctiss. Jo. Calvino, pastori ecclesiæ Genevensis vigilantiss., fratri chariss. Genève.

### 1333

GUILLAUME FAREL à Jean-Jacques de Watteville, à Berne.

De Neuchâtel, 29 février 1544.

Inédite. Autographe. Archives de Berne.

La grâce, paix et miséricorde de Dieu, notre bon père, vous soit donnée!

<sup>18</sup> A la fin de sa *Briève instruction contre les erreurs des Anabaptistes*, (mai 1544) *Calvin* combat sommairement (p. 132-185) l'erreur du sommeil des âmes après la mort. Mais la traduction française de la *Psychopannychia* parut seulement en 1558, sous le titre suivant: « PSYCHOPANNYCHIE. Traitté par lequel est prouvé que les âmes veillent & vivent après qu'elles sont sorties des corps: contre l'erreur de quelques ignorans qui pensent qu'elles dorment insques au dernier iugement. Par Iehan Calvin. Nouvellement traduit de Latin en François. M. D. LVIII. De l'imprimerie de Conrad Badius. » Petit in-8° de 143 pp.

<sup>19</sup> *Pierre du Mas*, prisonnier à Grenoble (Voyez le N° 1333).

<sup>20</sup> L'Avoyer et le Conseil de Berne.

Monseigneur, si paravant tous estions grandement obligez et à vous et à Messieurs, encores de plus en plus le sommes, pour les peynes et travailz qu'il vous plaist de prendre pour nous ayder et secourir<sup>1</sup>. Certainement les biens que vous nous faictes sont telz, qu'il nous est impossible, à tant que nous sommes, de les recognoistre comme il fault. Mais celuy qui a touché vostre cueur envers telles povres gens comme nous sommes, et pour l'ameur de qui tant vous estes employez, en aura souvenance, et, comme il en a bien la puyssance, vous récompensera. Au nom duquel vous supplie, tant en mon nom comme de tous, de vouloir persévérer et de vous employer à telles saintes œuvres<sup>2</sup>, et ne regardez l'indignité de ceux pour qui vous employez, mais la majesté de celuy à qui elles plaisent.

Je ne doubte point que la chose ne vous sera trop agréable que vous [l. vos] lettres et peynes n'ont autre effect<sup>3</sup>. Et, pour vray, grandement eussions tous désiré que vostre messagier fust allé jusques au lieu où *le povre prisonnier*<sup>4</sup> est détenu. Mais à cause qu'il est es mains de l'Official, et que pour les lettres de voz seigneuries la Court en auroit et voudroit prendre la cognoissance<sup>5</sup>, et qu'il y a en icelle des adversaires si grans que rien plus, l'affère du prisonnier se porteroit pirement que devant l'Official, — attendu aussy que *mon frère*<sup>6</sup> desjà estoit de retour, — il a semblé bon à aucuns qui entendent comment l'on se gouverne à *Grenoble*, de ne laisser passer plus oultre de *Genève*

<sup>1</sup> Dès le début de sa carrière d'évangéliste dans la Suisse romande, et, plus tard, quand ses frères vinrent s'y établir (1537), *Guillaume Farel* éprouva la bienveillance de *Jean-Jacques de Watteville* et de son frère *Nicolas*. A plusieurs reprises, les Farel sollicitèrent l'intervention de MM. de Berne, pour être recommandés à *François I*. Et chaque fois — les paroles du Réformateur nous autorisent à le croire — l'Avoyer de *Watteville* appuya leur requête.

<sup>2</sup> Ces « saintes œuvres » consistaient à protéger des gens proscrits et dépouillés de leurs biens, pour avoir embrassé la cause de l'Évangile.

<sup>3</sup> Allusion à la lettre que l'Avoyer ou le Conseil de Berne, à sa demande, avait écrite en faveur du *prisonnier de Grenoble* (N° 1332, renv. de n. 20). Cette lettre avait été retenue à Genève.

<sup>4-5</sup> Le nom du prisonnier et celui du lieu de sa captivité aideront peut-être à découvrir son procès.

<sup>6</sup> *Claude Farel*, qui avait présenté au parlement de Grenoble les lettres du Roi, lesquelles étaient favorables à lui et à ses frères.

vostre messagier<sup>7</sup> : et ne puyz condamner leur jugement, car il semble estre raisonnable. Si l'on a esté marry de ce qu'on ne sçavoit le nom du prisonnier qu'on appelle *Pierre du Mas*<sup>8</sup>, qui a esté prins à *la Trouche*<sup>9</sup>, en un monastère des nonnains, pour les lettres qu'il portoit<sup>10</sup> et aucuns propos qu'il a tenu, estant interrogué d'aucunes nonnains<sup>11</sup>, et de là mené ès prisons de l'Official, — ce n'est pas sans cause, et la faulte est venue de l'homme que *mon frère* avoit envoyé, qui n'est venu pour du tout informer, comme il en avoit la charge et aus[s]y l'avoit promis.

Et à tant, Mons<sup>r</sup>, nous prierons tous Nostre Seigneur qu'il vous ait en sa sainte garde et protection et tous mes Seigneurs aussy, faisant que parfaitement et longuement serviez à Nostre Seigneur en bonne vie et longue. Maistre *Thomas*<sup>12</sup> et *mon frère* grandement vous saluent. De Neufchastel, ce dernier de février 1544.

*Le président* ne peult ouyr parler de Nostre Seigneur, et combien qu'il a entendu que *le Roy* a et prend à cuer *l'affère de mes frères*<sup>13</sup>, il a tant fait que les lettres du Roy n'ont esté intérimées<sup>14</sup>. Nostre Seigneur ainsi veult les exercer.

Vostre très humble serviteur en Nostre Seigneur  
GUILLAUME FAREL.

(*Suscription* :) A Monseigneur Mons<sup>r</sup> de Colombier, Advoyé de la ville de Berne. A Berne.

<sup>7</sup> Porteur de la lettre de Berne (n. 3).

<sup>8</sup> Ce nom ne figure pas dans Crespin. Hist. des Martyrs.

<sup>9</sup> Localité située à une demi-lieue de *Grenoble*.

<sup>10</sup> Une circonstance toute pareille avait causé, en 1536, l'arrestation et la mort de *Martin Gonin*, à *Grenoble* (IV, 71, 129, 130).

<sup>11</sup> On avait peut-être demandé à ce voyageur, qui venait de la Suisse : Quelle loi tient-on en ce pays-là, quant à la religion ? Il avait répondu franchement, sans se douter du parti qu'on allait tirer de ses paroles. Il en arriva autant à Gauchier Farel, au mois de juillet de l'année suivante.

<sup>12</sup> *Thomas Barbarin*, pasteur de l'église de *Pontareuse*, près de Boudri. Il était bien connu de l'avoyer *J.-J. de Watteville*, qui lui payait sa prébende de pasteur. Les domaines de la cure de *Pontareuse* confinant à la seigneurie de *Colombier*, qui appartenait au susdit avoyer, MM. de Berne avaient fait cadeau à celui-ci (9 juin 1543) des domaines prémentionnés (VIII, 505, 506).

## 1334

VALÉRAND POUILLAIN à Jean Calvin, à Genève.

De Strasbourg, 9 mars 1544.

Autogr. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 112. Cal. Opp. XI, 633.

S. P. Magister et pater in Christo colendissime. *Mirabere forsitan quòd tam familiariter tecum agam. Verùm id condonabis justo dolori meo, quem nuper accepi ex fratrum literis qui in dispersione degunt in Flandria inferiori*<sup>1</sup>. Primum ad me scripserunt de postremo illo tuo responso : « Qui<sup>2</sup> convictus esse possit Christianis Christum verè agnoscentibus, cum iis qui in papatu sunt<sup>3</sup>. » Certè enim ego, qui quæcunque ibi scribis approbarem omnia, ac cuperem hoc semel omnibus esse persuasum, *misi principio ad illos exemplar manu descriptum*<sup>4</sup> : *deinde feci ut eò deferrentur plus quàm ducenti libri impressi*. Tametsi enim ego (ut ingenuè fatear apud te, à quo corrigi et castigari velim) semper eo fui ingenio, ut qui mihi non parcerem, aliis parcendum putarem : ut dum se abstinerent ab iis omnibus quæ scirent manifestè adversari verbo et voluntati Dei, in quibus præcipuè

<sup>13</sup> Nous n'avons pas la lettre du Roi ; mais un document de 1546 en donnera la substance.

<sup>14</sup> Suivant les conjonctures, il suffisait des lenteurs savamment calculées d'un parlement, pour rendre infructueuses les meilleures intentions du Roi.

<sup>1</sup> Dans cette partie de *la Flandre*, il y avait des églises naissantes, à *Tournay*, « à *l'Isle*, *Valenciennes*, *Douay* et *Arras* : combien qu'ès deux dernières villes, le nombre y fût bien petit et clair semé » (Crespin. *Hist. des Martyrs*, éd. de Toulouse, I, 428). Dans l'été de 1544, ces églises firent demander aux ministres de Strasbourg d'élire pour elles un pasteur. *Pierre Brulli* leur fut envoyé, avec un témoignage écrit de la main de *Bucer* (Ibid. p. 427). Voyez aussi Ch.-Louis Frossard. *L'Église sous la croix pendant la domination espagnole*. *Chronique de l'égl. réf. de Lille*. Paris, 1857, pp. viii, x, xx, 3-22.

<sup>2</sup> Dans l'édition de Brunswick : *quis*.

<sup>3</sup> Voyez, p. 20, note 22, le titre de ce *traité* de Calvin.

<sup>4</sup> C'est ainsi qu'en 1540 la diffusion de l'*Épître consolatoire* de Viret avait eu lieu par des copies manuscrites (VI, 429, n. 1-2).

regnat *missa*, cœtera ipsi moderatè agerent, darentque operam, ut familiam privatim instituerent doctrina et vita : cœteros saltem vita, si non doctrina auderent. Et memini interdum, cum adhuc *illie* essem, cœtus publicos illos commendasse, propter Dei promissum<sup>5</sup>, quod nullo hominum abusu scirem evacuari : maximè cum crederem (uti adhuc credo) in cœtibus ejusmodi, quantumvis superstitionibus deturpatis, imò oppressis, esse non paucos timentes Deum et confitentes Christum, qui quòd cœtera peccant, id verè paulina ignorantia<sup>6</sup> faciant. Attamen ego maluissem (si fieri potuisset), privatim fratres convenire, atque precibus communibus et verbo operam dare. Idque adèd faciebam, quòd vererer ipsos omnino fieri ἀθέους, quod jam in plærisque perspexeram.

Hæc eadem illi ad me scripserunt : deinde etiam *testati sunt se graviter commotos, quòd viderere omnem convictum et cohabitationem damnare acerbiusque vituperare*<sup>7</sup>. Non alium sibi nunc videri Ecclesiæ statum, quàm fuit Judaicæ in captivitate. Deinde *rogabant, si fugerent aut discederent, commonstrari illis locum ubi possent Christo securiùs vivere*. Certè ego, qui statum ecclesiarum nostrarum jam conspexi, cuperem equidem omnes hîc esse. Verùm quum videam quàm adversariam carnem circumferamus, quàm aliquando multò magis expedit premi tyrannide quàm libero campo frui : deinde non ignarus quàm mihi ad hanc rem esset tenuis supellex, feci quod potui : *hortatus illos sum ad constantiam et patientiam atque fidem in Christum. Admonui etiam ut sibi caverent, ne falsis carnis præstigiis, etiam fortè pietate depictis, se fallendos exponerent. Instituerent rectam viam Domini semper insequi, quæcunque se offerat afflictio*. Neque ulla spe aut metu sinerent se dimoveri, ut vel minimum sua corpora, multò minùs mentem sinerent ullo idololatriæ scelere<sup>8</sup> pollui : *pollicitus etiam ad te referre, ac tuam de ea resententiam petere. Id quod oro, brevi aliquo scripto digneris ad*

<sup>5</sup> Évangile selon St Matthieu, xviii, 20.

<sup>6</sup> Sic. C'est une réminiscence du livre des Actes des Apôtres, iii, 17, plutôt qu'une allusion à quelque parole de St Paul.

<sup>7</sup> Antoine Fumée et ses amis avaient reçu de cet écrit de Calvin une pareille impression (p. 126, renvois de note 5, 6).

<sup>8</sup> Les douze mots qui suivent jusqu'à *petere*, sont omis dans l'édition de Brunswick.



*illorum solatium facere*<sup>9</sup>. De quibus ego hoc testor in Domino, pios esse plerosque et verè Deum metuere, omnique studio se ab omni idololatriæ specie abstinere.

*Postea venerunt a Tornacensibus et Vallencenensibus*<sup>10</sup> *fratres duo, nobis miserum statum ecclesiarum apud ipsos exponentes.* Ad quas Dominus *Bucerus* exhortationem et consolationem scripsit. Plura de eo scribere non vacat per ipsum, qui nos ad operas *lib.[ri] sui adversùs Latomum* vocat<sup>11</sup>. Rem totam cognosces ex scriptis eorum quæ ad te mitto, ut cognoscas fratrum nostrorum miseriam, ac misertus eorum aliquando illos scripto consoleris. D. *Vendel.[inus]*<sup>12</sup> jussit me tibi salutem precari, et scribere de quodam *Simone du Bos*<sup>13</sup>, bibliopola apud vos, cujus libri sunt apud ipsum inclusi dolio : ut permittat illud aperire, et *gallicos*, si qui sunt, divendere. Sæpe enim malè habet nos, quando piis viris hæc iter facientibus nil possumus præstare hæc in re officii.

*Ecclesiola nostra* te salutatur, nominatim *Concionator Petr.[us]*<sup>14</sup> et frater noster *Raymund.[us]* et *Baptista*<sup>15</sup>. Hodie hæc hora discedunt<sup>16</sup> à nobis *Spiram* versùs *Metenses*<sup>17</sup>, qui jusserunt te

<sup>9</sup> L'«*Excuse de Jehan Calvin à Messieurs les Nicodémistes*» (p. 126-127, n. 6) ne fut pas écrite pour les consoler.

<sup>10</sup> Les frères de *Tournay* et de *Valenciennes* (Cf. la n. 1).

<sup>11</sup> «*Scripta duo adversaria D. Bartholmæi Latomi L. L. Doctoris et Martini Buceri Theologi. — De Dispensatione Sacramenti Eucharistiæ; De Invocatione Divorum; de Cœlibatu Clericorum; de Communione, auctoritate, potestate Ecclesiæ Episcoporum; de criminationibus arrogantiae, schismatis et sacrilegii quæ sunt intentatæ statibus qui vocantur protestantes. . . Argentorati in ædibus Wendelini Richelii. M. D. XLVIII.*» A la fin : *Datum Spiræ in Comitibus, 20 Martii, 1544.* La préface est datée : 12 martii, 1544. (Cf. W. Baum. *Capito und Butzer.* Elberfeld, p. 604.)

Cf. sur *Barth. Latomus* (en français, *Masson*) notre t. III, p. 305; V, 373, n. 12; VI, 244. — Herzog. *Real-Encyklopädie.* 1<sup>re</sup> éd. XIX, 778. En 1541, *Latomus* était devenu conseiller de l'électeur de Trèves.

<sup>12</sup> L'imprimeur *Wendelin Rihel*, (note 11).

<sup>13</sup> Le libraire *Simon du Bois* (*Silvius*) établi à *Genève*, est connu par la dédicace que le pasteur *Antoine Pignet* (V, 126) adressa, le 1<sup>er</sup> avril 1545, « à *Simon Silvius*, son très cher frère et amy. »

<sup>14-15</sup> *Pierre Brulli*, *Raymond Chauvet* et *Baptiste Bacinet*.

<sup>16</sup> Dans l'édition de Brunswick : *Hodie hæc hora discedit a nobis Spiram, versus Metenses, etc.*, ce qui change complètement le sens de la phrase.

<sup>17</sup> A comparer avec le N° 1318, renvoi de note 2.

1544 N. DE LA GARENNE ET P. TOUSSAIN A FAREL. A NEUCHATEL. 181  
 salvere. Dominus illos dirigat suo spiritu. et tuum etiam et totius  
 ecclesiae tuae ad orandum pro ipsis excitet. De *Comitiis*<sup>18</sup> super-  
 sedeo, id facturum D. *Bucerum* sperans, qui ad te scribit, cras-  
 tino (ut opinor) die discessurus. Ego me tuae paternitati et pre-  
 cibus commendo. Christus opt. maximus tuos egregios conatus  
 spiritu suo semper adjuvet, nobisque diu te servet incolumem.  
 Raptim ex aedibus D. *Buceri*, 7 idus martias anno 1544.

T. Clientulus et filius in Christo obedientiss.  
 VALERIANUS POLLANUS.

Mitto *librum D. Buceri*, quamvis imperfectum. Sed reliquum  
 accipies ubi absolverimus. Scripseram nuper cum ad te *lib.[rum]*  
*Institutionum tuarum*<sup>19</sup> mitterem, de fratre nostro *Jacobo*<sup>20</sup>,  
 qui *Nicolao*<sup>21</sup>, fratris tui socero, Chirographum M. *Jacobi de*  
*Morges*<sup>22</sup> dedit, ut repetat ab ipso tres coronatos : cujus oro  
 eum admoneas. Iterum vale.

(*Inscriptio* :) Praestantiss. Evangelii administratori Magistro  
 ac patri in Christo colendiss. D. M.<sup>23</sup> Joanni Calvino. Genevæ.

## 1335

NICOLAS [DE LA GARENNE] et P. TOUSSAIN à Farel,  
 à Neuchâtel.

De Montbéliard, 10 mars (1544?).

Inédite. Ms. orig. Bibl. des Pasteurs de Neuchâtel.

Colendissime frater, scies ex hoc nuntio et fratre nostro. quo  
 in loco sint res nostræ, et quid in caussa sit quòd istuc proficis-  
 catur : et putamus supervacaneum esse, ut tibi multis negotia

<sup>18</sup> La diète de *Spire*.

<sup>19</sup> C'était la quatrième édition latine de *l'Institution chrétienne*, édition  
 tout récemment imprimée à Strasbourg.

<sup>20</sup> Ce personnage nous est inconnu.

<sup>21-22</sup> *Nicolas le Fer*, beau-père d'*Ant. Calvin. Jacques le Coq*, pasteur  
 à Morges.

<sup>23</sup> D. M. semble être l'abréviation de Domino *Magistro*. Dans l'édition  
 de Brunswick : Domino *meo*.

nostra commendemus, quæ tibi satis cordi esse non dubitamus<sup>1</sup>. Precamur ut te Deus ecclesiæ suæ sanctæ quàm diutissimè servet incolumem, dilectique filii sui regnum in dies magis atque magis propaget. Vale, et saluta nobis diligenter fratres omnes. Monbelgardi 10 Martii (1544<sup>2</sup>).

Tui ex animo  
NICOLAUS<sup>3</sup> et Toss.

De *Metensibus* nihil habemus certi quod scribamus. Res ipsa satis declarat *omnia illic frigere*<sup>4</sup>.

(*Inscriptio* :) G. Farello fratri nostro colendissimo.

## 1336

JEAN CALVIN à Pierre Viret, à Lausanne.

De Genève (première moitié de mars 1544).

Autogr. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 106. Cal. Opp. XI, 686.

Cum nullus ferè dies prætereat quo non aliquis hinc ad vos nuncius proficiscatur, cui literas dare possim, nolo excusando perdere operam, ne mea negligentia factum fuisse credas, quòd tandiu nihil ad te scripsi<sup>1</sup>: cum et de rebus nostris scire cuperes, et id à me petiisses. Quanquam negligentiae imputare non debes, quòd aliquandiu distuli. Quantisper hinc fuerunt *legati*<sup>2</sup>, quia nihildum peractum erat, nolebam frustra scribere. Nuper

<sup>1-2</sup> La crise ecclésiastique de Montbéliard, en 1544, était de nature à exciter toute la sympathie de *Farel*, et l'on comptait sur son dévouement (Voyez sa lettre du 6 mai). Cette circonstance et le mot relatif aux frères de *Metz* rendent vraisemblable, pour nous, la date de 1544.

<sup>3</sup> *Nicolas de la Garenne* était second pasteur de l'église française de Montbéliard.

<sup>4</sup> Cet état de choses s'explique par le régime que l'édit du 13 octobre 1543 avait inauguré à *Metz* (N° 1318, renv. de n. 2).

<sup>1</sup> Calvin n'avait pas écrit à Viret depuis le milieu de février.

<sup>2</sup> Les députés bernois qui étaient venus à *Genève* (p. 171, renv. de n. 20-21) pour se concerter avec le Conseil sur l'exécution du traité de paix (Roget, II, 111).

cum *Nicolaus* et *Guillelmus* abirent<sup>3</sup>, vix breves in *Germaniam* literas scribere licuit. Præter eos, nemo se obtulit. Invenire potui, si quæsiissem : in eo fateor me negligenter egisse. Cum autem *Godefridi* filio<sup>4</sup> literas daturus essem, venit interea *Ribittus*<sup>5</sup>, cui breviter concordiae historiam<sup>6</sup> narraui. Longum esset singula tibi enumerare : satis est quòd summam tenes. Finis actionis mihi bonam spem in posterum facit. Nam et *legati Bernenses*, rebus ex animi voto peractis, læti domum rediere. Et nostri, tametsi non omnia consecuti sunt quæ volebant, sibi tamen plurimum gratulantur. Quantum possum animadvertere, erit firma et certa non modò pax, sed etiam amicitia<sup>7</sup>.

*Lambertus*, præfectus urbis, privignam suam elocavit filio *Amedæi Pileorubri*<sup>8</sup>. Ita vides initia quædam ἀμνηστίας. *Primi exules* cum audiunt nostros jam adèd faciles esse factos ad patefaciendas portas, ad reditum adspirant<sup>9</sup>. Jam de *Vanzio*<sup>10</sup> agi-

<sup>3</sup> S'il est ici question de *Nicolas le Fer*, négociant, et de *Guillaume du Bois* (VII, 252) imprimeur-libraire, on peut affirmer qu'ils allaient tous deux à la foire de *Francfort* du 20 mars, et qu'ils avaient dû partir de Genève vers le 10 du même mois.

<sup>4</sup> Nous supposons que c'était le fils de *Gottfried* ou *Geoffroy Dicherr* (IV, 463, VI, 209) libraire à Lausanne.

<sup>5-6</sup> *Jean Ribit*, professeur à Lausanne. Calvin lui raconta l'histoire de la paix faite entre Berne et Genève.

<sup>7</sup> Sur ce dernier point, Calvin se faisait quelque illusion (Cf. Roget, II, 116).

<sup>8</sup> *Jean Lambert*, lieutenant de la Justice — *præfectus* ayant ici le sens de *prætor* — donnait sa belle-fille en mariage à l'un des fils (Étienne ou Pierre?) de feu le syndic *Ami de Chapeaurouge* (Cf. Galiffé. Notices, I, 344, 345).

<sup>9</sup> On conserve aux Archives de Genève la requête commune de quinze fugitifs qui s'étaient « absentés de la ville, dès le 6 juing 1540. » Elle porte cette note du secrétaire Pierre Ruffi : « 1544, ultimo februarii. L'on a fayet grâce aux sus-nommés, et hont mys les genoux à terre et hont cryer merey à Dieu et à la Justice ; et, à la requeste des seigneurs commys de Berne, l'on leur a donné leur composition. »

Les deux députés condamnés à mort le 5 juin 1540, *Jean Lullin* et *Jean-Gabriel Monathon*, firent d'abord parvenir au Conseil une très humble requête. Le sautier alla les chercher à la frontière, et, après qu'ils eurent, le 8 mars, crié merci, à genoux, le Conseil prononça qu'ils étaient graciés et agrégés de nouveau au corps de la cité, en payant chacun deux cents écus pour la fortification de la ville (V, 372 ; VI, 199, 323. — Roget, II, 113, 114). Vingt autres Genevois obtinrent, dans les mois suivants, leur réintégration civile.

tatum est, et quantum licet conjectura assequi, impetrabit<sup>11</sup>. Pecuniæ enim amœnus et pulcher aspectus. Illi ferociores animi jam ceciderunt. Unus jam restitutus est, gener *Francisci Fabri*<sup>12</sup>, *Amedæi Perrini* rogatu<sup>13</sup>, qui ei *Melchioris* tabernam, quam tutorio nomine tenet, vult committere.

*Légatis de te sum locutus. Volui enim prætentare, num te illinc ad nos attrahere possemus.* Negarunt quidem, sed ita ut non viderentur fore pertinaces, si insistant aliquando nostri. *Girardo* obtuli meam operam, si res postulet<sup>14</sup>. Opus<sup>15</sup> *Bernensibus* dedicari, mihi non placet : nisi ante ex secretario<sup>16</sup> resciveris, id officii neque illis ingratum, neque tibi damnosum fore. Audieram te nonnihil adversus *Sorbonicos articulos*<sup>17</sup> meditari : quod vehementer cuperem. Verùm *Ribittus* nihil se audisse respondit. Velim igitur facias, et mihi statim rescribas esse factum. Sunt enim in *Gallia* permulti qui id cupiunt. Rogatus eram à quibusdam. Potes me, si velis, hoc onere sublevare<sup>18</sup>.

<sup>10</sup> Le 14 mars, on avait proposé au Conseil de Genève de gracier *Étienne de la Mare*, syndic en 1519, seigneur de *Vanzier* (ou *Vanzey*), en Savoie. Ce personnage était gendre d'*Amédée de Gingins* (Galiffé, o. c. I, 15, 135).

<sup>11</sup> Reg. du Conseil du 24 mars 1544 : « Le seigneur Pierre Verna a présenté pour le *S<sup>r</sup> de Vanziez* une supplication, requérant par icelle luy fère grâce de la condempnation contre luy fayete, et le permestre d'aller et venyr en *Genève* en seurté, etc. Et sur ce ordonné que, en balliau[t] mille escus soley, et que ce qu'est fayct de ces biens soyt fayct, que il luy soyt faycte grâce. Réservant le bon volloyer des Deux-Cens. »

<sup>12</sup> *Pierre de la Mare* avait épousé Claude, veuve de Claude Pertemps et fille de *François Favre* (Galiffé, o. c. I, 118).

<sup>13</sup> *Ami Perrin*, ayant épousé en 1538 Françoise, sœur de Claude (n. 12), était beau-frère de Pierre de la Mare.

<sup>14-15</sup> Reg. du 24 mars 1544 : « *Johan Girard*, imprimeur, . . . a présenté un livre composé par M<sup>e</sup> *Pierre Viret*, priant lui outroye[r] licence de le imprimer. Ordonné qu'il soyt visité par les prédicans. . . » C'étaient les *Disputations chrestiennes*, ouvrage que l'auteur songeait à dédier aux Seigneurs de Berne.

<sup>16</sup> *Pierre Giron*, secrétaire d'État et chancelier du gouvernement bernois.

<sup>17</sup> La Confession de foi en XXVI articles, publiée par *la Sorbonne* le 10 mars 1543, et que *François I* avait fait promulguer comme loi du royaume, le 23 juillet suivant (Voyez Weiss, *La Chambre ardente*, pp. xxvi, xxviii, xxix).

<sup>18</sup> *Viret* n'accepta pas la proposition, et ce fut *Calvin* qui écrivit plus tard contre les Articles de la Sorbonne.

*Neocomenses* aliud opusculum à me flagitant, adversus libellum quendam *Anabaptistarum*<sup>19</sup>.

*De Sebastiano*<sup>20</sup> quoque obiter mecum egit *Ribittus* : et videbatur omnino urgere, non debere à nobis præteriri<sup>21</sup>. Cum sæpiùs mihi inculcaret hanc vocem : quid ergo vellem illum facere? respondi, paululùm commotus, me cessurum libenter loco, sed mihi non debere vim fieri, ut eum, reclamante conscientia, admitterem. Objiciebat, fuisse in ministerio<sup>22</sup>. Negavi, et addidi, quòd absque ullo examine missus fuisset, me absente et inscio, ad concionandum, id mihi imputari æquum non esse. Non satis potui intelligere an luderet, cum in *Cantici* mentionem incidimus. Sed mihi videbatur ab illo non multùm dissentire. *De Christi descensu ad inferos* tria duntaxat verba contulimus. Nam quorundam interventu abruptus fuit sermo. Nescio quid illud sibi velit quod *Sebastianus* jactat, amicos meos mirari et ridere quòd Psalmum quadragesimum quintum pro *Cantici* defensione objiciam<sup>23</sup> : et cum descensus Christi ad inferos in Symbolo subjunctus sit sepulturæ, pro interpretatione mea confirmanda vocem illam adducam, quam in cruce pendens edidit : Deus meus, etc. Ego illius et aliorum sannas æquo animo feram. Non vereor tamen ne me ratione vincant. Hoc tantùm à vobis impetratum velim : *de Sebastiano ne mihi sitis molesti. Ille,*

<sup>19</sup> Cf. la lettre de Farel du 23 février, p. 173-175, renvois de note 12-18.

<sup>20-21</sup> « Mettre de côté » *Séb. Chasteillon*, signifiait dans la pensée de Ribit, l'écartier du ministère.

<sup>22</sup> Le 23 mars 1542, le Conseil fixa le traitement de *Chasteillon* et décida que, outre son office scolaire, il devrait aller prêcher dans la paroisse de *Vandœuvres* : décision confirmée par le Conseil des Deux-Cents, le 3 avril suivant. Le 7, *Chasteillon* « s'offre de régenter aux escolles... et alle[r] presche[r], quant il pourraz, à *Vendovre* » (Voy. F. Buisson, o. c. I, 141, 142).

*Calvin* put-il ignorer les conditions imposées par le Conseil et leur acceptation par *Chasteillon*? N'était-ce pas le moment d'exiger qu'il fût examiné sur sa doctrine? On ne voit pas, d'ailleurs, qu'en mars et avril 1542, *Calvin* fût absent de Genève. Et lors même qu'il aurait dû s'absenter, son ami et collègue *Viret* était en mesure de l'informer de l'événement. Ce point d'histoire reste obscur et requiert une explication.

<sup>23</sup> Le *Testimonium* délivré à *Chasteillon* (Cf. p. 159) et le Commentaire de *Calvin* sur les Psaumes (1557) affirment que le *Cantique* de Salomon est le développement du psaume XLV.

*quantum ex ejus sermone colligere potui, ita de me sentit, ut difficile sit posse inter nos unquam convenire.* Tibi dico quod aliis volo dictum. Neque enim mihi haec fuisse molestus. Paulò post ejus reditum<sup>24</sup> volui scire, quænam illa essent de quibus utile mihi et ecclesiæ foret me admoneri<sup>25</sup>. Non nisi duo extorsi. *Bernensem* esse quendam qui de *Cantico* à me didicisset quod in se tantopere improbarem. Refutavi hanc calumniam. Alterum erat, *collegas mihi blandiri*. Respondi quod visum est. Nihil præterea habebat. *Miseret me illius*. Optarem illi bene alicubi sine offendiculo prospectum, et libenter pro mea virili manum ad eam rem porrigerem. *Faveo ingenio et doctrinæ. Tantum vellem illud conjunctum esse cum meliore judicio : hanc prudentia temperatam. Et illam immodicam confidentiam quam ex falsa doctrinæ modicæ persuasione concepit, ex animo ejus penitus revulsam*<sup>26</sup>. Vale, charissime frater et amice integerrime. Salutem plurimam fratribus, *uxori et materteræ*<sup>27</sup>. Dominus vos omnes conservet. *Uxor mea* te et familiam tuam diligenter salutat. Genevæ<sup>28</sup>.

JOANNES CALVINUS tuus.

(*Inscriptio :*) Optimo et fideliss. Christi servo, Petro Vireto, Lausannensis ecclesiæ pastori, fratri et amico chariss.

<sup>24</sup> Son retour de Lausanne à Genève.

<sup>25</sup> Voyez le N° 1329, renvoi de note 26.

<sup>26</sup> La première partie de cette appréciation est absolument juste : *Chasteillon* le prouva deux mois plus tard. La seconde est un peu plus sévère que le jugement de *Viret* (Cf. au 16 février, p. 164, le renvoi de n. 25, et la phrase qui le suit.)

<sup>27</sup> La tante maternelle de Viret.

<sup>28</sup> La présente lettre est antérieure à celle de Calvin du 26 mars, et elle répond à celle de Viret du 16 février. Calvin s'excuse de ne lui avoir rien écrit depuis longtemps. La date approximative est fournie par les détails indiqués dans les notes 3, 9, 10, 11.

Nous avons oublié de dire que *les députés bernois* repartirent de Genève avant le 17 mars, jour où le Conseil régla le compte de leur dépense au logis de la Tour Perce.

## 1337

JEAN CALVIN à Guillaume Farel, à Neuchâtel.

De Genève, 25 mars (1544).

Autogr. Bibl. de Gotha. Bretschneider, o. c. p. 16.

Cal. Opp. XI, 689.

S. *Libello respondere his diebus incepti*<sup>1</sup>. *Velim tamen mihi rescribas, placeatne vobis nuncupari præfutionem*<sup>2</sup>. Quoniam id ex argumento melius licebit existimare, exemplar ad te mitto. Typographo non committam donec responderis. Nuncius ut à *senatu nostro* literas maturè haberet curavi<sup>3</sup>. Eas quoque scripsi meo arbitrato et iudicio<sup>4</sup>, quanquam, ut verum fatear, totum mihi consilium hoc vehementer displicebat. Neque enim in his negociis satagere semper expedit : sed tempus expectandum est<sup>5</sup>. Verùm Dominus bene ac feliciter vertat.

Nuper *David*<sup>6</sup> ex *Germania* rediit. Literas attulit a *Bucero*, quibus indicabat se postridie *Spiram* iturum. Libellum meum<sup>7</sup> sine exceptione laudabat. Ineptus sum qui capita refero, cum exemplar<sup>8</sup> tibi mittere satius sit. *Gaucherius* tum *Argentorati* erat, cum illinc solveret : ab eo literas afferre multis de causis

<sup>1</sup> Le livre est celui des Anabaptistes (N° 1332, n. 14).

<sup>2</sup> La réponse des ministres neuchâtelois fut affirmative.

<sup>3</sup> Registre du Conseil de Genève. Vendredi 21 mars 1544. « M<sup>r</sup> Calvin. Lequel a exposé, que illya ung povre compaignon détenuz à *Grenosble* pour l'évangièle, priant le volloyer avoyer pour recommandé. Ordonné que il soyt escript en sa faveur. » Ce prisonnier était *Pierre du Mas* (N° 1333, renv. de n. 8).

<sup>4</sup> Plus tard, quand le crédit de *Calvin* fut à son plus haut degré, s'il fallait répondre promptement et dans des circonstances particulièrement difficiles, le Conseil lui envoyait le volume des missives, et *Calvin* était pour l'heure secrétaire d'État.

<sup>5</sup> Calvin aurait voulu, qu'avant d'écrire, on fût bien renseigné.

<sup>6</sup> *David de Busanton*, seigneur de Hesnault.

<sup>7</sup> *Supplex exhortatio*, etc., ouvrage adressé à l'Empereur et aux députés des États assemblés à *Spire*.

<sup>8</sup> La lettre même de *Bucer*, ou une copie de cette lettre.



recusavit. *Claudium* dicit fuisse in *Gallia*<sup>9</sup>. Concordiam, quantum conjecturis assequor, firmam ac stabilem fore confido<sup>10</sup>. Nam et *Bernatium* legatis abundè satisfactum est, ut læti domum redierint : et nostri sibi plurimum gratulantur, utcunque non omnia impetrarint quæ volebant.

*Rex noster* filiam elocare cogitat *Cardinali Fernesio*<sup>11</sup>. *Ducatus Mediolanensis* in dotem datur : ad quem recuperandum *pontifex* pecuniam suppeditat. Ita magna belli moles in *Italiam* transferetur. Annus hic valdè eruentus erit, nisi Dominus mirabiliter succurrat. Vale, optime et mihi chariss. frater. Saluta omnes symmystas. Nostri te omnes diligenter salutant, *Genistonius* præsertim, qui se tibi excusatum cupit. Mea etiam domus et *Nicolai*<sup>12</sup> salutem tibi plurimam dicunt. Dominus te custodiat ! Genevæ, 25 Martii (1544)<sup>13</sup>.

JOANNES CALVINUS tuus.

(*Inscriptio* :) Optimo et fideliss. Christi ministro, G. Farello, Neocomensis ecclesiæ pastori, fratri et amico integerrimo.

<sup>9</sup> *Claude Farel* devait retourner à *Grenoble*, pour présenter au parlement de nouvelles lettres du Roi écrites en faveur de la famille Farel (Cf. la lettre de Fathon du 16 mai, renvoi de n. 36).

<sup>10</sup> N° 1336, note 7.

<sup>11</sup> C'était un faux bruit. *Alexandre Farnèse* (1520-1589) créé cardinal à l'âge de quatorze ans, par son aïeul le pape *Paul III*, obtint sous divers papes les archevêchés d'Avignon, de Monréal, de Massa, de Spolète et de Parme, en Italie, et celui de Jaën, en Espagne. Il fut légat en France et auprès de Charles-Quint (V, 119 ; VII, 12. — Sleidan, I, 518. — Lettres de Rabelais ... avec des observations hist. par Mrs. de Sainte-Marthe. Paris, 1710, p. 239).

<sup>12</sup> *Nicolas de Fer* ou *le Fer*, beau-père d'*Antoine Calvin*. Mais, selon les *Calv. Opera*, XI, 690, n. 9, ce serait *Nicolas Picot*, originaire de Noyon et beau-frère d'Ant. Calvin (Galiffé, o. c. III, 412).

<sup>13</sup> Le contenu de la lettre en indique la date.

## 1338

JEAN CALVIN à Pierre Viret, à Lausanne.

De Genève, 26 mars (1544).

Autographe. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 106. Cal. Opp. XI, 690.

Cum *Nicolaus* literas tuas<sup>1</sup> attulit, non eram domi. Nunc cum descenderem ad concionem habendam, eum habui obvium. Petiit ut statim paratæ essent literæ. Itaque hæc scribo, nondum cum ipso collocutus. *De præfatione*, videris malè intellexisse quod scripseram<sup>2</sup>. Neque enim *Farelli* consilium improbo, nec impedio quin sequaris : modò antè exploraveris, bene tibi, quoad *Bernates*, hoc cessurum. Quorsum enim attinet, pro tali officio reportare malam gratiam ? Ergo ex responso *secretarii* quid optimum futurum sit, statues<sup>3</sup>. Cum de opere ipso nuper sermo, inter ambulandum, haberi cepisset, collegæ mei expedire censebant, ut meo quoque elogio commendarem. Respondi me libenter facturum, nisi superbiæ notam vererer, si tantum mihi sumerem. Tu tamen dispice. Ego familiariter ago tecum, ut debeo. Cave ergo ne mihi magis civiliter, quàm ex animi tui sententia, respondeas<sup>4</sup>.

*Ribittus* quin sincero animo mecum sit locutus<sup>5</sup>, nihil dubito. Sed quia ambiguo sermone ludere interdum solet, perspicere non potui an joco diceret quæ dicebat. *De Sebastiano* cuperem, sicut dixi<sup>6</sup>, rationem inter nos initam, qua illi consuleretur.

<sup>1</sup> Lettre perdue, apportée par un autre *Nicolas* que *N. le Fer*.

<sup>2</sup> Il s'agit ici de la préface des *Disputations chrestiennes* de Viret. Le conseil donné par *Farel* au sujet de cet ouvrage, se trouvait dans une lettre qui n'a pas été conservée.

<sup>3</sup> N° 1336, renvoi de note 16. Le *secrétaire* n'ayant pas répondu, *Viret* renonça à dédier son livre à MM. de Berne.

<sup>4</sup> *Viret* accepta l'offre. La préface des *Disputations chrestiennes* est de *Calvin*.

<sup>5</sup> Cet entretien eut lieu à Genève (N° 1336, renv. de note 21).

<sup>6</sup> Voyez le N° 1336, page 186.

Ego pro mea virili adjuvabo. Crede mihi, *torqueor mirum in modum, cum prospicio quid illi imminet. Episcopus*, ejus successor, hîc erit ad pascha<sup>7</sup>. Ab *Joanne Girardo* non est quòd magnum stipendium expectet, nisi velit sanguinem exuggere [l. exsugere]. Tu ergo excogita, num prospicere illi possumus. *Scio hoc illi esse persuasum, me cupere eminere*. Jurene an injuria hoc de me sentiat, Domini esto judicium. *Mihi certè ego non videor ullam occasionem dedisse. Sed mihi causam præbuit, cur illum et ambitiosum et contentiosum judicare debeam. Sed doctrinam respicio et animum alioqui non malum. Articulos Sorbonicos*<sup>8</sup> apud me non habeo. Videbo an alicunde potero, ut ad te mittam. Quàm mihi serum est hoc pascha, ut te videam! Vale, frater et amice mihi chariss. Saluta diligenter fratres omnes. Genevæ. 26. Martii. (1544)<sup>9</sup>.

Exemplar literarum *Buceri* ad te mitto. *Rex* filiam *Cardinali Fernesio* dicitur elocare. Dos erit titulus *ducatu Mediolanensis*, ad quem recuperandum *Pontifex* pecuniam suppeditat. Totam *Europam* hoc anno videbimus bello flagrare, nisi Dominus præter spem è cælo appareat. Rumor huc allatus est, *Cæsarem obtinuisse ut Rex hostis Imperii judicaretur*<sup>10</sup>. Ego tamen nondum adducor ut credam.

JOANNES CALVINUS tuus.

(*Inscriptio* :) Fideli Christi Domini nostri servo, Petro Vireto, Lausannensis ecclesiæ pastori, fratri et amico singulari.

<sup>7</sup> Ce successeur attendu, un *Lévesque* probablement, ne vint pas.

<sup>8</sup> Cf. la note 17 du N° 1336.

<sup>9</sup> *Farel* a écrit 1544, date d'ailleurs évidente, à cause des rapports qui existent entre la présente lettre et celle de la première quinzaine du mois de mars.

<sup>10</sup> Déjà vers la fin de février, l'Empereur avait interdit l'accès de la diète de *Spire* aux ambassadeurs français qui s'étaient avancés jusqu'à Nancy. Et, après avoir réglé les questions les plus urgentes, il obtint de la Diète les subsides nécessaires pour entretenir pendant huit mois dès le 1<sup>er</sup> mai, une armée de vingt-huit mille hommes *contre la France*, et une seconde armée *contre les Turcs* (Cf. *Sleidan*, II, 330, 333, 348, 350. — *L. Ranke*. *Deutsche Gesch. im Zeitalter der Reformation*. Berlin, 1843, IV, 300-302).

## 1339

GUILLAUME FAREL à Nicolas de Watteville<sup>1</sup>, à Berne.

De Neuchâtel, 28 mars 1544.

Autographe. Communiquée par M. de Watteville-de Diesbach.

S. Gratiam et pacem a Deo! *Fatonus*<sup>1</sup>, Christi amans, te tuosque plurimum observans, hodie me admonebat ut te certiore facerem quid sentirem *de tuo filio* (cui studes non tantum pater ut sis corporis, sed magis multo mentis probæ et sanctæ), *Corderio an committi debeat*<sup>2</sup>? *Ego cum omnibus debeam in tam pio adesse voto*, imò ad hoc impellere studeam, et graviter incusem negligentiores, — *quid tibi, ornatissime Nicolae, cui cum debeant boni omnes et pii, ego omnium maximè?* *Nam non heri aut nudius tertius cœpi in ære tuo esse, sed ab annis multis*, adè ut non facile sit recensere pia in me officia tua, quibus me cumulasti ob unum Christum. Non enim sat esse duxisti, si me consilio et ope fulcires, nisi alios rogando, hortando, arguendo ad officium urgeres, ut de *tuis* taceam et *fratribus* et sanguine tibi junctis. Nec puto te pœnitere operæ, licet ipse nullam retulerim gratiam. ut referre nunquam possum quantumvis cupiam, habeamque quàm maximam. Rependet affatim D.[ominus], quem unum habuisti scopum.

*Sed ut de Corderio dicam quod sentio, non puto quenquam idoneum magis ad formandum juvenem in sanctis et puris moribus, in solido Dei timore. Quantum attinet ad Latinam et Gallicam linguam, — nisi meam deflexam calamitatem, infelici natus seculo et infelicius educatus, mee mihi conscius ignorantiae, — planè aude rem primas huic dare, tam placet et quod scribit et*

<sup>1</sup> *Jean Fathon*, pasteur du village de *Colombier*, dont le seigneur était l'avoyer *J.-J. de Watteville*, frère de *Nicolas*.

<sup>2</sup> *Nicolas de Watteville* (t. V, p. 9) arrivait à *Colombier*, le vendredi soir 11 mai, avec son fils *Pierre* (en allemand, *Petermann*), qu'il venait confier aux soins du savant scholarque de Neuchâtel.

*quod loquitur et quod pueros sonare docet.* Verùm si meum nihil reputem iudicium, tamen non adeò displicet, cum sequar non postremæ notæ viros : et quantum viri pietatem exosculor et eruditionem suspicio, tantum mihi dolet quòd non respondent præceptori perseverantes ingeniati discipuli : ut semper penè incipiendum sit, dum nemo pergit. Dignus erat hic vir cui bene nati claro ingenio et rectè incumbentes literis committerentur. Verùm, est quòd gratias agamus Deo : *si non justus sequatur fructus laboris tanti viri, non frustra tamen cadit quod conatur.* Nam fieri non potest, ut qui omni studio, diligentia et labore dies et noctes studiosiss.[imè] curat ut proficiant quos habet secum juvenes, sine fructu laboret. Verùm, ne dum pergo de tanto præceptore aliquid afferre, magis imminuam quod est quàm commendem quod non adest, periculum facito et plura multo expertus invenies. Si quid est præterea quod me velis, fac ut resciam. Pro viribus adnitar tibi morem gerere. Superest ut me tuum totum esse intelligas et tuorum quoque. Christum precor ut omnes vos servet, faxitque ut suæ gloriæ toti incumbatis, et *istam ecclesiam*<sup>3</sup> *ornare studeatis. Quam suo semper spiritu Deus regat, summa pace et concordia, sanoque iudicio in bonis admittendis et fovendis, et in malis rejiciendis et fugandis, ne pestes ecclesiarum pro pastoribus sanctis habeantur* : quod ut divinam ultionem provocat, ita ecclesias in ruinam præcipitat. Jejunio et precibus tantum peragi opus debet, tantum abest ut præcipitandum sit non semper sanis affectibus. Multa opus est ac longa omnium examinatione, et non præcio aut precibus vel obsequio empta commendatione. Divina res est, quæ non fert impuros hominum affectus, sed per spiritum Dei geri vult. Vale bene et tecum tui omnes. Jube pios salvos esse. Neocomi 5. kal. April. 1544.

FARELLUS tuus totus.

(*Inscriptio* :) Præstantiss. viro et genere et literis sed multò magis vera pietate insigni Nicolao Wattevillensi. Bernæ.

<sup>3</sup> L'Église bernoise. Les pasteurs de la ville de *Berne* avaient une grande influence sur l'élection de leurs collègues du Pays romand.

## 1340

LE CONSEIL DE BERNE au Conseil de la Neuveville.

De Berne, 28 mars 1544.

Inédite. Minute orig. Arch. de Berne.

Nobles, etc. Nous havons esté advertis que ung vostre citoyen, adpellé (sy bien entendons) *le Pellouz*<sup>1</sup>, ayt faict imprimer en *Allemagne*<sup>2</sup> passé xv.<sup>e</sup> libvres contenant matières disputées par ceulx que l'on appelle *rebaptiseurs*<sup>3</sup>. Dont grandement noz esmerveillons que en ce n'ayés ehu quelque advis pour opprimer et surprendre les dits libvres et autheur, et combien que iceulx soyent desjà dispergis par *le Contel de Neufchastel* : dont plusieurs troubles sont à craindre. Ce néaultmoins vous prions et exhortons y voulloir pourveoir et remédier en sy grande dilligence que possible sera, avant que les choses procèdent plus oultre : car vous sçavés assés les conséquences que peulvent eng[e]jaindrer les dits livres, sy l'on n'y pourvoyt de bonne sorte. Datum. 28. Martii 1544.

L'ADVOYER ET CONSEIL DE BERNE.

## 1341

GUILLAUME FAREL à Jean Calvin, à Genève.

De Neuchâtel, 31 mars 1544.

Autogr. Bibl. des pasteurs de Neuchâtel. Cal. Opp. XI, 692.

S. Habeo tibi gratiam de literis *Buceri*<sup>1</sup>, et tibi gratulor quòd opus tuum, ut par est, gratum tantis judiciis habetur<sup>2</sup>. Et *quòd*

<sup>1</sup> et <sup>3</sup> *Pierre Pelot* ou *le Peloux*, l'un des principaux anabaptistes du comté de *Neuchâtel*, est plusieurs fois mentionné et censuré dans la lettre du pasteur de Cornaux, *Antoine Thomassin* (mai 1543, t. VIII, p. 357-368).

<sup>2</sup> Probablement dans la Suisse allemande. Il ne semble pas qu'un seul des 1500 exemplaires imprimés ait échappé à la destruction.

<sup>1</sup> Lettre qui avait été communiquée par *Calvin*, le 25 mars.

<sup>2</sup> Cf. le N<sup>o</sup> 1337, renvoi de n. 7, à comparer avec la p. 132, n. 4.

*te jam accinxeris ad perditissimos confutandos*<sup>3</sup>, *magnam tibi habeo gratiam*, et sanè cuperem videre quæ jam egisti, non ut alicujus te admoneam, sed ut lætior factus de felici initio, D. precer ut tibi felicissimum et progressum et exitum det. Quod scribis te mittere, tabellio negavit se accepisse : opus absolve ut tibi Deus gratiam dedit, et cura omnia quantum scis ad ædificationem facere. *An possimus*<sup>4</sup> *impetrare liberum congressum illis ter miseris*<sup>5</sup>, non satis scio : omnia penè Bernen.[sium] fient arbitrio, quod mihi non molestum esset, si probè intelligerent quàm expediat illos audiri : sed cum non norint, vereor ne magis ratio pontificia hñc servetur quàm apostolica<sup>6</sup>. Nondum statutum est qua ratione sint hñc perrecturi : ubi conclusum fuerit, curabo ut rescias.

*Christus liberet vinctum*<sup>7</sup> *et alios quoque* ! Negligere fratrem<sup>8</sup> non debuimus, ubi *senatum Bernensem* et alios tam promptos experiebamur, hortante nos *Christophoro*<sup>9</sup>. Faxit D. ut non prorsùs malè cadat<sup>10</sup> conatus ! Quò se nunc præcipitant qui Christum nolunt audire, imò qui curant modis omnibus extinctum ? Est apertissimum Dei iudicium in impiis, ut sese totos perdant et secum multos. Ægritudinum et morborum multa genera, et fames gravis<sup>11</sup>, et tam horrenda bella non possunt saxea pectora movere ut ad D. convertantur.

*Davidi*<sup>12</sup> et aliis cupio omnia felicia et lætor quòd pergat

<sup>3</sup> Les anabaptistes (N° 1337, rev. de n. 1).

<sup>4</sup> Édition de Brunswick : *An possumus*.

<sup>5</sup> C'est-à-dire, aux anabaptistes, avec lesquels *Farel* eut une conférence à *la Neuveville*, probablement au mois d'avril ou de mai 1544 (Cf. t. VIII, p. 365).

<sup>6</sup> *Farel* craignait que *les Bernois*, alliés de *la Neuveville*, n'y interrogeassent les sectaires avec la rudesse des inquisiteurs.

<sup>7</sup> Le prisonnier de Grenoble, *Pierre du Mas*.

<sup>8</sup> Ce passage est ponctué dans l'édition de Brunswick comme il suit : *Christus liberet vinctum, et alios quoque negligere fratres non debuimus.*

<sup>9</sup> *Christophe Fabri*, sans nul doute.

<sup>10</sup> Édition de Brunswick : *cedat*.

<sup>11</sup> Voyez la page 100, note 37. MM. de Berne, s'exécutant auprès du Roi (26 juin 1544) de ne pouvoir accorder le passage aux lansquenets, mentionnent, entre autres raisons de ce refus, *la disette*, « plusieurs de nos sujets étant morts de faim. »

<sup>12-13</sup> *David de Busanton*. Les mots *cum suis amicis* font peut-être allusion à M<sup>r</sup> et à M<sup>me</sup> de Falais (p. 20, 75).

semper in D. cum suis amicis<sup>13</sup>. Hic habemus longè adversum ab isto : quod de Christo novit ita est carne pressum, ut suffocetur prorsùs. Si posset aliquando literis seriò hunc admonere, bene faceret. *Uterque fratrum meorum jam in Gallia est, et non satis in tuto*<sup>14</sup>. Cuperem eos revocare, sed nescio qua via ad eos scribam. *Baptista*<sup>15</sup> scribit *Germanos* jam factos hostes *Gallis*, ut cogantur omnes e *Germania Galli* migrare<sup>16</sup>, cumque *Argentorati* sit doctor *Claudius de Campis*<sup>17</sup>, qui superiori æstate *istuc* cum abesses venisset<sup>18</sup>, ut te conveniret, tuoque uteretur consilio, incidit in alios, qui reditum in *Galliam* suaserunt, quod sanè illi dolet. Rogat ut dispiciatur qua ratione illi consuli possit, ut Christo servire possit. *Sturmius* in calce literarum *Baptistæ* eundem quoque commendat et ut ad *Sultzerum* scribam<sup>19</sup> hortatur. Sed existimarem istic apud te conditionem posse commodiorem inveniri, qua meliùs D. servire possit. Verùm quid possum tibi ignotum commendare, cum in re tanta vellem mihi etiam notissimum per te probari et diligentius inquiri an idoneus tanto esset muneri? Nam nihil hïc<sup>20</sup> agendum est quod non exactissima cura fiat. Sunt *istic* aliqui quibus ille notus est, per quos potes rescire, si locus apud te sit, an meritò excipi possit. Si Christo per vocationem illius aliquid accederet, vellem cum fructu Evangelii<sup>21</sup> gratificari *Sturmio*. Quod tibi videbitur vel ad me vel ad *Sturmiium* scribes.

Quod de *concordia* ad *Vivetum* scripseras<sup>22</sup>, nuper mihi indicavit, magnoque affectu gaudio, et tu rursus confirmas. Christus Jesus faxit ut quàm firmissima pax et concordia et vera perduceret amicitia! Vale, nam mihi fesso et ob abitionem tabellarii

<sup>14</sup> *Claude Farel* devait aller de Paris à Grenoble. Les pérégrinations de *Gauchier* ne sont pas connues.

<sup>15</sup> *Baptiste Bacinet*, fixé à Strasbourg.

<sup>16</sup> La diète impériale avait peut-être déjà voté des fonds pour une guerre contre la France (N° 1338, n. 10).

<sup>17-18</sup> Le docteur *Claude des Champs* n'est guère connu que par son séjour en Suisse. Il était venu à *Genève* pendant que *Calvin* se trouvait à Strasbourg (juillet-août 1543).

<sup>19</sup> *Simon Sultzer* fut secourable au docteur français.

<sup>20</sup> Le mot *hic* est omis dans l'édition de Brunswick.

<sup>21</sup> Dans la susdite édition, *evangelium*.

<sup>22</sup> Lettre de la première quinzaine de mars, N° 1336.



præter solitum noctu scribenti, plura non licet. Saluta omnes tuos et tui *Nicolai*<sup>23</sup>, nec prætereas *Davidem* cum suis, *Bernardinum* et symmystas. Cum *Genestono* agetur apologia ubi ocium fuerit, sed interea valeat securus. Nostrî te omnes salutant. Neocomi, prid. calen. aprilis. 1544.

FARELLUS tuus totus.

(*Inscriptio* :) Doctiss. et insigni pastori ecclesiæ Geneven. Jo. Calvino, fratri et sym[m]ystæ quàm chariss. Genevæ.

## 1342

JEAN CALVIN à Pierre Viret, à Lausanne.

(De Genève) 1<sup>er</sup> avril (1544 ?)

Copie ancienne. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 196.

Cal. Opp. XI, 694.

*Hic bonus vir, amicus noster, sublevandæ valetudinis causa, istuc proficiscitur.* Eum tibi cupio esse commendatum, ut illi officia humanitatis et benevolentiae exhibeas, quibus digni sunt quos optimos judicamus. Sunt duo fratres ex nobili et antiqua familia nati, ambo verè pii, docti et mirè studiosi : nec dubito quin hoc malum ex immodico studio contraxerit majori ex parte. *Comitis opera*, nisi fallor, *uti decrevit*<sup>1</sup>. Facies ut sentiat nos omnes esse amicos bonis. Vale, frater et amice integerrime. Dominus te conservet. Saluta diligenter omnes fratres, *Comitem*, *Celium*, *Ribittum* et alios. Dominus vos omnes semper regat. Valet. Calendis Aprilis. (1544 ?)<sup>2</sup>.

JOANNES CALVINUS tuus.

(*Inscriptio* :) Fideli Christi servo Petro Vireto, Lausannensis ecclesiæ pastori, fratri et amico charissimo.

<sup>23</sup> Peut-être *Nicolas Picot*, de Noyon, qui vint se réfugier à Genève (N° 1337, n. 12). Jean Crespin écrivait à Calvin, le 12 juillet 1546 : « Salutabis... *novum incolam vestrum*, meum Pyladem, *Picotum*. » Celui-ci fut reçu bourgeois de Genève le 4 août 1547.

<sup>1</sup> On a vu que *Beatus Comes* était réputé comme médecin.

<sup>2</sup> Au mois d'avril 1543 ou 1544, Calvin, envoyant des salutations empressées à tous les frères de Lausanne, pouvait bien en adresser à *Comes*.

## 1343

LE CONSEIL DE BERNE au Conseil de Lausanne.

De Berne, 5 avril 1544.

Inédite. Minute originale. Arch. de Berne.

Nobles, etc. Nous avons fait remonstrances à *ceulx de l'abbaye* des insolences qu'ilz ont faictes<sup>1</sup>, et, après avoir ouys leurs responses, à iceulx communément imposé cents escus d'or. et aux *sieur de Chesaulx, Jaque de Praroman et Chaby*<sup>2</sup> particulièrement, pour autant que sont les principaulx, à ung chescung x escus d'or : laquelle somme, à cause qu'ilz ont fait les fravalies en nostre cité et ville de *Lausanne*, avons à vous adjudée : laquelle debvés recouvrer d'eulx, aussy de *Ferrand Loys*<sup>3</sup> xx escus, à cause de la fravalié qu'ilz a commise contre *Bustien Loys*, son frère<sup>4</sup>. Datum v. aprilis 1544.

L'ADVOYER ET CONSEIL DE BERNE.

Mais nous avons lieu de croire qu'en 1545, il n'aurait pas salué celui-ci *diligenter* (Voy. la lettre de Viret à Calvin du 16 février 1545). Dans la première moitié de 1542, *Celio S. Curione* habitait l'Italie. C'est donc probablement en 1543 ou 1544 que ce billet fut écrit.

<sup>1</sup> Les chefs de cette *abbaye* ou confrérie avaient insulté *Viret* le dimanche 23 décembre 1543 (p. 137, 138).

<sup>2</sup> *Jacques de Praroman*, seigneur de Chapelle-Vaudanne, près de Moudon. — *François de Chabie* ou *Chablie* fut le dernier d'une ancienne famille du Pays de Vaud.

<sup>3</sup> *Ferrand* ou *Fernand Loys*, seigneur de Cheseaux (Ruchat, IV, 379) et, plus tard, de Prilly, près Lausanne. Son frère *Sébastien* était seigneur de Denens. Ils appartenaient à une famille lausannoise, qui resta longtemps très attachée aux dues de Savoie. *Berne* surveillait spécialement *Fernand Loys*. Le 28 avril 1544, accompagné de deux députés de l'*Abbaye* dissoute, il proposa au Conseil général de céder à la ville tous les biens de la susdite confrérie en paiement de l'amende de cent écus. Si les biens précités valaient davantage, le surplus serait livré à *Praroman, Chabie, Loys* et consorts « pro supportatione... expensarum per ipsos sustentantium, occasione *injuste accusationis ipsi Abbatie impositæ per...*

## 1344

PIERRE VIRET à Jean Calvin, à Genève.

De Lausanne, 13 avril 1544.

Autogr. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 111a. Cal. Opp. XI, 694.

S. *Nostrī qui Bernam vocati sunt, excepti sunt pro dignitate*<sup>1</sup>. Castigati sunt durissimis verbis, carcere et multa pecuniaria. Tribus<sup>2</sup> mulcta est imposita 30. Δ. Omnibus in genere 100. Δ. *Abbatia dejecta*. Redierunt dejectiores quàm ierant, sed non sine magna mei invidia. At Dominus mutabit mentes. Malo offensos malos dum castigantur quàm bonos tanta malorum morum licentia et impunitate. Proderit, nisi fallor, hoc exemplum. Omnia peracta sunt sine ullo nostro tedio. Totam causam Principes in se receperunt. *Farellus* scripsit ad me literas quas ad te mitto<sup>3</sup>, quòd ex his meliùs intelliges quid velit, quàm ego scribere possim, hoc præsertim tempore quo minimum suppetit ocii. Mitto et exemplar literarum *Mercurtii*<sup>4</sup> ad *Neoco.*[*menses*] fratres, si fortè nondum videris. Curabis ad me utrumque referri primo quoque tempore, ut respondere possim *Farello*. Si quid etiam habes consilii, nobis indicabis. Saluta amicos. Vale, hoc die Paschatis. 1544.

Tuus P. VIRETUS.

Nihil accepi responsi a *Girone*<sup>5</sup>.

(*Inscriptio* :) Eruditione ac pietate ornatiss. D. Joanni Calvino, Genevensis ecclesie pastori vigilantiss. Genevæ.

*Viretum.* » (Cf. Ernest Chavannes. Extraits des Manuaux de Lausanne, 1536-1564, p. 94.)

<sup>1</sup> Nous ne savons de quelle *fravaille* (action délictueuse) *F. Loys* fut puni.

*Pierre Ravier*, aliàs *Chandelier*, membre de l'*Abbaye des Enfants de la ville*, fut aussi condamné à une amende de dix écus.

<sup>1-2</sup> Voyez les notes du N° précédent.

<sup>3</sup> Cette lettre de Farel n'existe plus.

<sup>4</sup> La lettre d'*Antoine Marcourt* aux pasteurs neuchâtelois est perdue (Cf. ce que *Farel* dira de lui, le 21 avril).

<sup>5</sup> *Pierre Giron*, secrétaire d'État et chancelier de Berne.

## 1345

JEAN CALVIN à Pierre Viret. à Lausanne.

(De Genève, seconde moitié d'avril 1544.)

Autogr. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 106. Cal. Opp. XI, 695.

S. *Omnino censeo expedire, ut saltem ante pentecosten venias*<sup>1</sup>. Quanquam hoc tibi remitto, ne te prius istinc moveas, quam aut ego tibi significem quid egerimus cum *legatis*<sup>2</sup>, aut illi jam ad vos redierint ac tibi retulerint aliquid. Quidquid illi concesserint, scio tibi ratum non fore, nisi accesserit fratrum consensus<sup>3</sup>. Qua in re tibi assentior. Sed necesse est, capita inter nos conferamus, antequam eò veniamus. *Flandrus* ille qui non ita pridem ad vos profectus fuerat, ut à *ludimagistro Lustriacensi*<sup>4</sup> reciperet quod sibi debebatur, negocium tibi suum commendat : quod tibi curæ fore recepisti. Vale. Festinanter, inter prandium et Catechismum.

JOANNES CALVINUS.

(*Inscriptio* :) Fideli Christi servo, Petro Vireto, Lausannensis ecclesiae pastori, fratri et amico singulari.

<sup>1</sup> La Pentecôte fut le 1<sup>er</sup> juin, cette année-là. — Dans la première moitié de mars, *Calvin* avait essayé de pressentir les députés bernois sur la question suivante : *Berne* consentirait-elle à prêter *Viret* à l'église de *Genève* pendant six mois, et même davantage ?

<sup>2</sup> *Calvin* veut parler des commissaires bernois qui devaient revenir à *Genève*, pour fixer les limites des mandements genevois de Peney et de Jussy. Ils n'arrivèrent que le 22 mai (Cf. Roget, II, 116, 117).

<sup>3</sup> Le consentement des pasteurs de la Classe de Lausanne.

<sup>4</sup> Le premier pasteur de *Lutry* fut *Matthieu de la Croix*, ancien moine (Ruehat, IV, 376, 377, 444). Le nom du maître d'école de cette ville est inconnu.

## 1346

JEAN CALVIN à Philippe Mélanchthon, à Wittemberg.

De Genève, 21 avril (1544).

Autographe. Biblioth. de Munich. Cal. Opp. XI, 696.

Cum vehementer ad te cuperem scribere, modò esset cui darem literas, commodùm se mihi hodie à concione obtulerunt *duo adulescentes Germani*, qui propter bellicos istos tumultus domum se ex *Gallia* recipiebant. Quorum alter *Wittembergam* se iter facturum promisit. Tametsi, ut verum fatear, quid scribam vix scio. Non quia desit argumentum, sed quia in tanta rerum copia et varietate, de quibus, si coràm inter nos colloqueremur, prolixè tractare tecum liberet, nec principium nec finem invenio. Et multa sunt ejusmodi quæ literis complecti non satis sit commodum. Accedit hoc quoque quòd, cum tanto demum post intervallo ad te perveniant literæ quàm scriptæ sunt, frustra ea scriberentur quæ potissimùm implere amicorum epistolas solent, ubi propter locorum propinquitatem, ultro citroque inter se communicare possunt.

Hic mediocriter valemus, nisi quòd maxima est annonæ caritas<sup>1</sup>. Et periculum erat ne magis ingravesceret, nisi advehendum undique frumentum nostri curassent. Quietè saltem sumus, quod est in hac tam turbulenta christiani orbis concussione singulare bonum. Dissidium enim quod habebant nostri cum *Bernatibus* compositum fuit<sup>2</sup>. Sed expectamus quorsum res vergant. Cæterùm, etiam si Dominus nobis parcat, miserum est vel animo reputare quantæ aliis calamitates impendeant. Bellum atrox et crudele terra marique hoc anno geretur. Quantum tamen assequi conjecturis licet, præcipua moles in *Italiam* transferetur. Neque enim *Cæsari* jam integrum est illic cessare, et nihil efficiet nisi bonam roboris sui partem eò convertat. Aiunt

<sup>1</sup> Voyez le N° 1341, note 11.<sup>2</sup> Cf. sur le traité de paix entre Berne et Genève, le N° 1330, n. 5.

commissum fuisse praelium, magnam stragem fuisse editam, exercitum *Cæsaris* 18 millium partim stratum partim fugatum fuisse<sup>3</sup>. Ne quid *Galliæ* desit ad extremam miseriam, *Rex* cum *Pontifice* fœdus nuper pepigisse dicitur, idque duplici affinitate confirmasse. Filiam enim elocat *cardinali Fernesio*, filio dat uxorem unam ex neptibus *Pontificis*<sup>4</sup>. Hoc ut consequatur Petri villicus sacros omnes thesauros profundit. *Veneti* se illis adiungunt. Denique nullam rationem præterit *Rex noster*, quò *Italiam Cæsari* eripiat. Velit ergo nolit, convertat illuc magna ex parte vires suas necesse est. *Turcæ* mare Ligusticum tenent. *Genuenses*, quia portu se vident inclusos, *Regi* supplicare incipiunt, nec dubium quin leges sibi impositas sint recepturi. Pecunia certè quantumvis magna libenter se rediment. Donec totam *Europam* everterint istæ duæ beluæ, nullum insaniendi finem facient.

Interea in promovendo Christi regno frigemus, etiam ubi oblata est facultas. Quæ acta sunt istis postremis comitiis<sup>5</sup> indicio sunt, concidisse *Germaniam*. *Scripteram, Bucerî rogatu, libellum quendam*, quem ad te mitto, quia spes erat temporum necessitate adduci posse *Cæsarem* ut de religione impetrari à se nonnihil sineret<sup>6</sup>. Sed quia apud eum periit hæc opera, favit Deus ut aliis prosit. Non excuso meam audaciam, quòd tibi ausim mea scripta obtrudere. Quid enim hoc verear, cum ne publicè quidem *meas nugas* tibi dicare dubitem<sup>7</sup>. Quin etiam abs te petere audebo ut, cum dabitur opportunitas, *mihî paucis verbis significes qualiter isthic acceptus fuerit*. Scis quid velim. *Nuper apud me conquestus est Bullingerus, atrociter laceratos fuisse omnes Tigurinos a D. Luthero*<sup>8</sup>: misitque exemplar epis-

<sup>3</sup> Allusion à la bataille de *Cérisolles* en Piémont, gagnée le 14 avril, par le comte d'Enghien, sur les Impériaux. Leur général, le marquis *du Guast*, y perdit douze ou treize mille soldats d'élite.

*Clément Marot*, qui avait quitté Genève pour se retirer à *Turin*, « célébra la victoire de *Cérisolles* : ce fut pour lui le chant du cygne. » Il mourut vers le mois d'août 1544, âgé de quarante-sept ans (Cf. H. Martin, o. c. VIII, 293-297. — Douen. *Clément Marot*, I, 406-446).

<sup>4</sup> Deux fausses nouvelles.

<sup>5</sup> La diète de *Spire*, qui ne fut close que le 10 juin (Sleidan, II, 347).

<sup>6</sup> *Supplex exhortatio ad... Cæsarem* (p. 86, n. 11).

<sup>7</sup> Au mois de février 1543, Calvin avait dédié à Mélancthon *son livre contre Pighius* (VIII, 285, 286, 287).

<sup>8</sup> Voyez, p. 121, la lettre de *Martin Luther* à Froschover du 31 août 1543.

tolæ in qua ego quoque humanitatem desidero. Obsecro te, quantum potes, retine vel potiùs inhihe D. *Martinum*, ne suæ vehementiæ adversùs illam ecclesiam indulgeat. Habet fortè causam cur illis succenseat, sed viros pios et doctos mitiùs tractari convenit. Tu ergo pro singulari tua prudentia te medium interpone, ut illum paulò placatiorem reddas. Vale, ornatissime vir, fidelissime Christi minister et amice mihi semper honorande. Dominus te semper spiritu suo regat diuque nobis et ecclesiæ suæ incolumem conservet. Genevæ 11 Calendas Maii (1544.)

JOANNES CALVINUS TUUS.

Saluta reverenter D. *Martinum*, D. *Crucigerum*<sup>9</sup> et reliquos. Tuos in Daniele commentarios legi<sup>10</sup>. Testor hoc tibi, nullo me hujus ætatis scripto hactenus ita fuisse delectatum.

(*Inscriptio* :) Clariss. viro D. Philippo Melanchthoni, amico mihi plurimùm observando.

## 1347

GUILLAUME FAREL à Jean Calvin, à Genève.

Neuchâtel, 21 avril 1544.

Autogr. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 115. Cal. Opp. XI, 698.

S. Non licuit per ea quæ mihi contigerunt ad te scribere, et ubi erat scribendi facultas, defuit tabellio. Quantum intelligo, quod fratribus visum fuit super *præfatione tua*<sup>1</sup>, jam tibi subindicatum fuit, nec prorsùs displicet horum in ea parte iudicium, ne tam impudentibus<sup>2</sup> et improbis calumniatoribus nova detur calumniandi occasio, licet nulla detur : sed tam sunt iniqui, ut inde sumant. Te quæso ne molestè feras unum aut alterum ver-

<sup>9</sup> *Gaspard Cruciger* (1<sup>er</sup> janvier 1504-16 novembre 1548), pasteur et professeur à Wittenberg. *Calvin* s'était lié avec lui à Haguenau et à Ratisbonne (VI, 244 ; VII, 57, 192. — J.-J. Herzog. Real-Encyclopädie, 1<sup>re</sup> éd. III, 191, 192).

<sup>10</sup> Voyez le t. VIII, page 288, note 9.

<sup>1</sup> Préface composée pour le livre contre les Anabaptistes.

<sup>2</sup> Édition de Brunswick : *imprudentibus*.

sum immutare, et quod olim rogabam *de dormientibus, ut Gallicè curares reddi quod Latinè olim scripsisti*<sup>3</sup>, et tuæ adjungeres *responsioni*, hoc optarem, nisi melius tibi occurrat iudicium, et aliter sentias expedire. Nam videntur ex eodem fonte quæ tu oppugnâs in utrisque prodire.

*Marcurtius, ut istic prætextu pacis tentavit aditum sibi patere*<sup>4</sup>, ut si possit aliquid se dignum efficiat, *ita huc se contulit*, non ignarus earum quæ hîc fiebant rerum<sup>5</sup>, quantum conjicio. *Habemus hîc senes aliquot qui ab annis plûs minûs quinque vel quatuor domum*<sup>6</sup> *non sunt egressi : quorum, dum hîc non essem, magnus erat contemptus. Nemo invisibat, nemo de Christo verbum his faciebat, nec aliis ægrotis, nisi precibus aliquem vocassent ministrum. Sed qui ad cœnam veniebant panis frustulum retinebant, quod senibus dabant : qui hac ratione putabant [esse] participes cœnæ. Hos quum inviserimus crebriùs, et panem non edentes arguerimus, boni viri petierunt cœnam Domini. Ego cum fratribus, quò concordia aleretur, contuli. Tempore cœnæ erogari posse, ut nonnulli inter nos faciunt, visum fuit. Solus collega<sup>7</sup> rem nulla ratione admittendam dicebat, et veteres et novos et Ecclesiæ usum prorsùs repugnare affirmabat. Nos contrà. Paucos convenio, inter quos primùm *Consulem*. Probant dari cœnam. Quamvis rescirem *collegæ* non probari, tamen ne iniquior essem, petentibus dedi in unis ædibus, et frequentiores fuerunt multò in ædibus quàm fuissent apud *leprosos*<sup>8</sup>. De *leprosis collega* verbum non fecit, sed de *senibus* tam amarè, ut nihil unquam amariùs, et ut res esset gravior auribus, Græcè maluit exprimere, cum Gallicè ageret. *Schismaticum ausus fuit vocare,**

<sup>3</sup> Farel réitère sa demande du 23 février (N° 1332, renv. de n. 17, 18).

<sup>4</sup> Nous croyons voir ici une allusion aux conférences que *Marcourt* avait proposées (mai 1543) à *Calvin* et à *Viret*, en vue d'une réconciliation générale entre les pasteurs (VIII, 298, 355, 356, 376, 383, 384). Il espérait sans doute que cette réconciliation lui donnerait quelque chance d'obtenir, à *Genève* ou à *Neuchâtel*, une cure plus avantageuse que celle du village de *Versoix* (VIII, 297, 298).

<sup>5</sup> C'est-à-dire, bien informé de nos troubles.

<sup>6</sup> Dans l'édition de Brunswick : *domus*.

<sup>7</sup> *Jean Chaponneau*.

<sup>8</sup> De ces derniers mots l'on pourrait conclure, que *Farel* avait distribué la sainte cène aux lépreux, dans leur maladrerie.



idque dum domum repeteremus ex prandio<sup>9</sup>, ad quod uterque nostrum vocatus fuerat. *Præfectum adit, nobis ab ipso exordio prædicati Evangelii parum amicum*<sup>10</sup>: *quis nunc sit, novit Dominus. Miscentur omnia, turbæ nunquam majores.* Jam sperat collega rerum potitum.

Hæc cœnæ administratio facit ut omnia congerantur, quasi studio contendam turbare omnia, mihi tantum indulgeam, nec possim ulla ratione moveri quin ingenii ductum sequar, nullis stem promissis, prolixior, asperior, et quid non? Hostes jam videntur triumphare. Pars *ratione Tigurinorum*<sup>11</sup> hoc molestè ferens, parum mihi æqua. Jam acta et peracta sunt omnia. Sed Dominus facit ut *Præfecti* et civium nomine mittantur qui in cœtu agant, et coram fratribus narrent quid petant. Sed fratribus committunt rem omnem componendam: quæ per symmystas fuit composita. Quod nisi peractum fuisset, in ipsa occasione venerat *Marcurtius*: sed non succedet votis, quod dies aliquot præterierint. Plenius hæc audires, licet, puto, molestum tibi sit: tamen non ideo ommitterem, nisi nuncius urgeret. Si in tuis enarrationibus Pauli aliquid attingeres, ut iis qui immeritis nolunt privare fieret satis, rectè faceres. Sed vides quàm tecum agam meo jure: non videor cogitare quantò tu meliùs noris quid expediat et quibus obruaris. Verùm hac ratione te urgere volo, ut liberiùs mecum agas.

*De doctore Campensi*, de quo scripseram<sup>12</sup>, ut *Sturmio* habere quid responderem, ex te nihil accepi. Fac intelligam quid sentias. Vale. Servet tuos Christus tecum, ut mente ita et corpore sanos. Salutem omnibus dicito. Nostri te jubent salvum esse. Neocomi 21. Aprilis 1544.

FARELLUS TUUS.

(*Inscriptio* :) Doctiss. et vigilantiss. pastori ecclesiæ Genevensis Jo. Calvino, fratri et symmystæ chariss. Genevæ.

<sup>9</sup> Il paraît qu'à Neuchâtel les pasteurs dinaient ensemble au sortir de la congrégation.

<sup>10</sup> Sur les dispositions de M. de Prangins à l'égard de la Réforme et de Guillaume Farel, voyez le t. VII, p. 377, 378.

<sup>11</sup> Ceux qui, partageant les idées des ministres zuricois, réprouvaient toute innovation dans les cérémonies, p. ex., la Cène administrée aux malades (Cf. la lettre de Bullinger, p. 119, second paragraphe).

<sup>12</sup> Cf. le N° 1341, notes 17-18.

## 1348

PIERRE VIRET aux Pasteurs de Montbéliard.

De Lausanne, 3 mai 1544.

Copie contempor. Bibl. des pasteurs de Neuchâtel. Cal. Opp.  
XI, 701.

Fidelissimis Christi ministris ac pastoribus ecclesiarum quæ sunt in Comitatu Monsbelgardensi, fratribus quàm charissimis ac plurimum observandis.

S. *Non parùm angit nos et exercet, charissimi fratres, ista vestra tentatio, qua Sathan vos et ecclesias vestræ commissas fidei, cribrare modis omnibus machinatur. Sed hæc sunt perpetua ejus studia, quibus dominus sanctorum pastorum vult fidem, constantiam atque patientiam probare. Vos igitur ejus machinantentis, divino freti præsidio, infracto pectore obsistite. Quis enim non videt Sathanam his artibus moliri, ut veterem papis-pum velut postliminio paulatim restituat aut transformet, aut novum invehat ecclesiæ nocentiorum*<sup>1</sup>? Veremur enim ne postquam omnia admiseritis quæ nunc vobis obtrudantur<sup>2</sup>, mox alia ac subinde nova ingerantur. Prestat igitur semel periclitari, ita tamen ut non ob quamlibet levem causam nobis creemus periculum. *Expendendum est diligenter quid sana fide ac bona conscientia tolerari possit, quid non.* Quæ intolerabilia videbuntur nullo sunt pacto ferenda. At hic judicio spiritus opus est. Quædam enim sunt hujus generis, ut in aliis nobis ferenda sint, quæ nobis tamen minimè sunt admittenda, sed interdum dissimulanda, interdum prodenda et palàm damnanda, ut expedire visum fuerit. Sed certam præscribere regulam admodum difficile est. Nam pro rerum, locorum et temporum ratione, spiritus suggeret<sup>3</sup> se invocantibus quod facto opus erit.

<sup>1</sup> A comparer avec la page 140, note 22.

<sup>2</sup> Voyez les lettres de *Toussain* du 15 janvier et du 11 mai.

<sup>3</sup> Dans l'édition de Brunswick : *suggerit*.

*Calvini et fratrum Neocomensium sententiam intellexistis*<sup>4</sup>, qui negotium temperarunt quàm potuerunt commodissimè et in rem vestrarum ecclesiarum. Audimus tamen vestra moderatione non esse satisfactum iis qui istas ceremonias urgent, sed mordicus ab ipsis omnia retineri, non secus ac si ipsissimum Dei verbum urgerent, aut dogmata quibus non posset Ecclesia carere. Quàm nos ludit Sathan, et quàm nimis sunt ociosi qui adeò negociosi sunt in oneranda ceremoniis Ecclesia, quibus quò magis gravatur eò magis degenerat et abscedit a Christi institutis et apostolicæ ecclesiæ imagine, quæ pietatis quàm ceremoniarum semper studiosior fuit. Videmus *Turcam* nostris cervicibus imminere et minacem Dei manum extrema omnia toti orbi christiano intentare : eumque hoc unum omnes seriò meditari debeamus, ut vera pœnitentia et sincera religionis et morum reformatione numinis vindictam prævertamus et avertamus, velut pueruli, nondum nucibus relictis, digladiamur de tintinnabulis, de præficiendis mulierculis evangelico ministerio<sup>5</sup>, de saxis, ocio<sup>6</sup> et aliis id genus nugis : quibus non solùm sine suo ullo incommodo Ecclesia carere potest, sed quæ pietatis minimum secum afferant, superstitionis verò plurimum, quam etiam augent et confirmant.

*Non sumus itaque in hac sententia ut muliercularum baptisma ullo pacto probetis*, quod nullis nititur Scripturæ fundamentis, quamvis eam hujus assertores in suam sententiam detorquere

<sup>4</sup> Cette lettre des pasteurs neuchâtelais n'a pas été conservée ; mais elle ne devait guère différer de celle de *Calvin* du 7 octobre 1543.

<sup>5</sup> Allusion au baptême administré par les sages-femmes.

<sup>6</sup> Le texte original portait probablement *sacris*. — *ocio* fait allusion aux nouvelles fêtes, dans lesquelles on devait *chômer*, le matin seulement.

Au sujet d'*ocio*, les éditeurs des *Calv. Opp.* (XI, 702) disent en note : « *oleo* ? Nisi malueris de otio sabbatico cogitare. » Cette variante est inadmissible, parce que la liturgie imposée à l'Église de Montbéliard ne mentionne nullement l'extrême-onction. Et quant aux dimanches et grandes fêtes (*præcipua festa Christi*), elle s'exprime ainsi : « Quos tamen dies festos, ita observari volumus, ut conscientiæ, si quid necessarii operis incideret, negotium tamerè fiat. Nimirum ut hiis quidem diebus audiendo verbo Dei, precibus et orationibus, et reliquo cultui summo studio incumbatur : At si vel publica vel privata necessitas exigeret, cultu solito absoluto, sine conscientiæ scrupulo, tempori et necessitati etiam inserviri queat. »

conentur<sup>7</sup>. Videntur sanè eorum argumenta nimum puerilia et indigna gravibus theologis. *Si obstetrices tingant, non ceusemus habendos pro tinctis dum ad vos afferuntur*, sed docendum, ubi se locus obtulerit, quatenus baptismus sit, aut non sit, ad salutem necessarius. *Si vobis tollitur conveniendi facultas et cœundi in cœtus consuetos, id vobis ferendum erit*, sicut alia plurima quæ à nobis desiderantur in Ecclesia aut displicent, ita tamen ut non dissimuletis id vobis minimè probari, sed reclametis fortiter, utpote quod Ecclesiæ libertati et ministerii auctoritati plus justo detrahat. Nam vix possit major tyrannis excogitari in Ecclesiam, quam ipsa nunquam nisi sub sevissimis tyrannis et hostibus religionis passa est. Quæ enim est tam vilis societas, sodalitas aut ministerium cui non sint sub quovis principe, quàmlibet tyranno, sui conventus et sua consilia [l. concilia?] libera? Si diffidunt nobis principes de sua ditione, quo animo suam ipsorum et populorum salutem et ecclesias committere possint? An nos habent pro proditoribus? Sunt autem hæc modestè et prudenter tractanda, et vindicanda Ecclesiæ libertas.

*In divorum feriis quedam sunt quæ vix tolerari possunt, quedam apertè superstitiosa et indigna christiana ecclesia*, præsertim feriæ conceptionis et assumptionis Marie, quæ nullam habent imitationem veteris Ecclesiæ. *De tintinnabilis, non putamus esse contendendum*. Qui eorum tinnitu delectantur pulsent quantum volent, si à vobis secùs persuaderi non possunt. Vestri tamen erit officii docere quid Christianos deceat, quando se offeret occasio, idque liberè, et pugnate adversùs superstitionem. Quæ corrigi à vobis non poterunt, relinquit Dominò. Hoc solum cavete, ne quid probetis repugnante veritate et sana conscientia.

Hæc sunt, charissimi fratres, quæ vobis non præscribimus, sed quæ facturi essemus, si eo loco res nostræ adductæ essent. Non congerimus argumenta quibus vos armemus, aut diluamus quæ vobis objici possunt, quoniam ea locupletius vobis suppeditat spiritus ille cœlestis et assiduum scripturæ sacræ studium, reliqui denique viri pii quos consulitis. Hæc solum ad vos scribere volumus, ut quæ esset nostra sententia intelligeretis, postquam nos dignos judicastis à quibus consilium peteretis : quo utinam

<sup>7</sup> A comparer avec la lettre de *Bullinger* du 22 nov. 1543, p. 119, 120, renv. de n. 8-9.

tam juvare possemus quàm ad id prompto simus animo et voluntate.

Hoc insuper addimus, videri nobis consultissimum ut per D. *Bucerum*, et reliquos pios ac doctos viros quos vobis compertum est valere gratia et autoritate apud eos qui *Principi*<sup>8</sup> sunt à consiliis, et quorum suasu hujusmodi ceremonie in vestras ecclesias comportantur, ut ipsi seriò admoneantur ut majorem habeant rationem ædificationis, vere reformationis ac infirmitatis eorum qui recens Christo accesserunt et accessuri sunt, quorum infirmiores sunt animi quàm qui citra gravissimum offendiculum tantam mutationem ferre queant<sup>9</sup>.

Meminerint præterea quantum semper turbarint ecclesias *studia ceremoniarum, quanta earum fuerit libertas in veteri Ecclesia*, illis etiam temporibus quibus ea jam plus nimis istiusmodi servilibus oneribus (ut Augustini verbis utamur) premebatur. Veniant in mentem quæ hac de re scripta sunt ab Ireneo ad Victorem et in ecclesiasticis historiis, ne scindantur ecclesie aut pessum eant ob eas res quæ citra dispendium abesse possunt. Hoc urgeant, ut quæ ad veram poenitentiam et remissionem peccatorum pertinent non omittantur : reliqua quæ non exigit Christus sint liberiora, ea tamen lege ut præcludatur via ad *ἀταξίαν*, qua nihil potest esse Ecclesie nocentius. Causam agant vestram apud *Principem* : non accendant ejus animum adversus ministerium vestrum, ne spoliatur ecclesia suo jure et nova tyrannide opprimatur. Nam<sup>10</sup> *hoc non esset tyrannidem et papatum sustulisse, sed mutasse, si ministris nulla esset in ecclesia Christi autoritas, sed cogarentur ceremonias et disciplinam ecclesiasticam ad Principis præscriptum et nutum suscipere*. Sunt ergo hæc magna modestia et simplicitate indicanda, ubi se offert occasio. Sed sic sunt hæc temperanda, ut non Ecclesiam à posteris prodidisse jure censi possimus, neque rursus principibus affectatæ in [Ecclesiam] tyrannidis suspicionem præbuisse. Accipiamus verbi Dei regulam, à qua nos non patiamur abduci et

<sup>8</sup> Le duc *Christophe*, fils d'*Ulric*.

<sup>9</sup> Les considérations de ce genre étaient étrangères aux théologiens allemands envoyés à Montbéliard par le duc Ulric (Cf. la lettre de Toussain du 11 mai).

<sup>10</sup> La copie porte ici par erreur *Non*, au lieu de *Nam*.

abripi : unde Principes et Ministri suum discant officium. Absit à nobis contumacia, absit et nimia facilitas in rebus novandis, ne imprudentes rursus Antichristo viam sternamus ad mysterium Iniquitatis, sicut veteribus accidisse ipsa nos rerum experientia docet. Experimur enim quantum excogitatis à se ceremoniis profecerint<sup>11</sup>. Non frustra appellavit Apostolus mysterium Iniquitatis Antichristi opus. Nam occultius est quàm ut vel sanctissimi deprehendere queant. Sed prius radices agit et fructus producit suos, quàm animadverti possit à nobis. Postquam autem semel invaluit, non facile tollitur. Sequamur ergo apostolicam Regulam et moderationem, qua ociosas et vanas ceremonias rejiciamus, utiles verò ac necessarias et verbo Dei consonas studiosè colamus. Valet, charissimi fratres. Lausannæ, 3 Maii 1544.

Vester ex animo PETRUS VIRETUS,  
reliquorum fratrum qui hinc sunt nomine et consensu.

### 1349

GUILLAUME FAREL à la Classe de Montbéliard.

De Neuchâtel, 6 mai 1544.

Inédite. Copie contemp. Bibl. des pasteurs de Neuchâtel.

*S. Novum non est, quàm charissimi, quòd sui amantes homines humana pro divinis obtrudere volunt, et ruinas pro aedificatione, pro instauratione dissipationes inducunt. Ita suos excitare et exercere vult Dominus, cujus præsidio freti nichil est quod timeamus : licet digni simus, et nos et ii qui nobis concrediti sunt, hæc et multò graviora ferre. Nam quis est hodie, ymò quis unquam fuit, qui dignè omnia tractarit quæ Dei sunt, et tractata exceperit ? Sed quum Christus, qui nos prævenit, à tenebris nos evocans in lucem Evangelii, nobis fuerit verè Christus et Servator, emundatis nobis ab his quibus eramus tam indignè fœdati, idem et nunc Christus est, ut nos repurget à sordibus et peccatis, quibus non caremus in hoc tam sancto*

<sup>11</sup> Dans la copie, *profecerunt*.

munere, et non est cessaturus quin perpetuò faciat fidentibus sanctis suis promissis et fide invocantibus tam propiciam Christum. Quod facitis et facietis, acti spiritu sancto, nec est quòd peccatorum memoria nos avocare debeat à pugna Dei et à tam sancto munere fortiter obeundo, quum non vocati fuerimus ad tantum opus nostris meritis, sed sola gratia : non dignitas nostra tam indigna hæc posebat, sed Christus omnium dignissimus, tam infirmis et tam indignis suam voluit exerere potentiam, præ[s]tantiam, concredita Evangelii æterni prædicatione. Cum igitur quicquid est in hoc sacrosancto munere, Christi sit et à Christo prodeat sub quo militamus omnes, necesse est ut toti ab eo pendentes stationem non deseramus, sed infracto pectore pro invictissimo duce pugnemus, certi victoriam in manibus esse ducis nostri.

*Fateor molestissimum esse cum domesticis pugnare, et pro externis digladiari, pro dubiis et quæ non omnibus plana sunt manus conserere. Sed quid, fratres optimi, in hac pugna non est devorandum molestiæ? quid negligendum et incertum tenendum, quod ad ædificationem faciat Ecclesiæ et ovium nobis concreditarum? Paulus, qui vel gaudebat per occasionem Evangelium prædicari, non poterat non valdè affici in Petrum, per quem non solum Judæos, verum etiam gentes vocarat Deus. Et quis dubitarit Petrum Paulo haberi de præcipuis civibus et domesticis urbis et domus Dei? Et tamen quàm potenter impetit Petrum, sua simulatione ac agendi ratione qua Hierosolimis agebat, turbantem pios qui erant Antiochiæ, et quod in ecclesia quæ ex Judeis collecta tunc erat, negligi sine offensione infirmorum non poterat : gravius ecclesiam ex gentibus collectam lædebat. Erit nobis aliquis magis observandus Apostolus, utinam non apostaticus, quàm Petrus fuit Paulo, cui non in faciem resistatis ecclesias confundenti? Videtis, si rem externam consideratis, quàm nulla erat ob quam quis digladiaretur. Quid hoc est magnum isto vel illo vesci cibo, in hoc vel illo hominum cœtu? Cibus potestne contaminare? et qui mecum vescitur, quum extra me sit, an plus potest efficere quàm cibus qui os intrat? Verum neque cibi neque eorum quibuscum sumitur ratio habetur, sed ædificationis, non tantum eorum qui sunt Hierosolimis et qui illinc venerant, quàm præsentis ecclesiæ*

Antiochenæ. Ut Paulus pro nobis, imò Christus stat. Ita si quid Petrini pectoris fuerit in his qui nesciunt planè quid agant et quid velint, meritò vobis credent, si Christo invocato constanter ac sanctè pro Deo agatis, ne vel minimum quidem cedentes quo lædantur ecclesiæ.

*Admiror sanè istam novandi libidinem tam insanam, neglecta omni ædificatione, tam nullis fultam rationibus, ut meritò rubore suffundi debeat qui cogitat, non dico qui proponit, ne addam qui exequi molitur. Nam isti damnarunt Paulum et sanè damnant : et in Paulo Christum : imò ipsissimum in se ipso Christum, dum ita ob externa conscientias turbant. Non agam de cibus ac ratione agendi in sumendo cibo, sive ex præscripto hominum, sive Dei, qui non sine mysterio et doctrina faciente ad ædificationem, ita abstinere et ita jusserat uti. Veniam ad sanctum circumcisionis sacramentum, non humana ratione commentum, non ex *Rationali divinorum*, ut dicunt, *officiorum* excogitato mysterio, in quo nichil est nisi rationis expers impietas, sed instituta divinitus circumcisio (*sic*), fœdus æternum dicta, quo qui caret exterminandus venit. Nam quis unquam servari poterit sine spiritali circumcisione, si veterem non exuerit hominem? Quod ea reputat quæ manibus fit : quam non primus excepit perditus aliquis nebulo, sed credentium pater, vocatus ille Abrahamus. Sequenti sunt omnes, non solùm Moses cum Prophetis, sed Christus ipse et Apostoli. Retinebat prima omnium Hierosolimitana ecclesia, ubi bona pars Apostolorum agebat : quorum exemplum quis ausit dicere non sequendum, at non parùm referre ad pacem et concordiam ut pergant omnes et observent omnes, qua[m] Apostoli et tanta tenet et servat ecclesia? Quid? quòd ubi non tanta erat Judæorum frequentia, Listris sanè et Iconii, sed ex gentibus major, Timotheum cum circumciderit Paulus, tam acriter in circumcisionem invehitur, ut Christum circumcisum non sit habiturus qui circumcisionem admiserit, et expers sit futurus gratiæ quam habet ecclesia in qua fit et servatur circumcisio? Quis est hïc spiritus Pauli? Sanè Christi et ædificationis amans et perditionem fugiens.*

Nunc isti, quibus Deus det mentem meliorem, afferant pro suis somniis ac nugis si quid possunt cum sua externorum libertate, cum discordi et sceleratissima concordia sua, et tanta sepa-



ratione a Christo, quam vocant sanctam conjunctionem et conformitatem ecclesiarum, quod componi possit cum iis quæ adversarii Pauli poterant adducere. Frigebunt sanè omnia : et tamen nichil quod attulerint tam improbi hostes (quos non veretur Paulus canes et malos operarios, concisionemque vocare), quin modis omnibus reluctatus fuerit Paulus et contrà docuerit et fecerit. Sed video quid statim sint dicturi : Se multùm abesse ab adversariis Pauli : quod ingenuè fateor. Siquidem istorum judicium erit longè gravius quàm illorum. Nam illi quæ Deus, isti quæ diabolus aliquando externè observare voluit, tradunt. Et quamvis dicant ista nolle ut necessaria ad salutem proponere, sed ut indifferentia, et hoc cupere ut pastores ita doceant : et si quid est superstitionis pura doctrina tollant, — utinam isti tam sint faciles ad novandum quàm facilè hoc efficeretur apud populum : ut re præsentè dimoveatur ab eo unde avelli non potest, quantumcunque absint ea quæ fovent inveteratam superstitionem. Quam malè sani parentes in posteros transfundere contendunt, et quivis erro refricare studet. *Doceas, facias, et efficias quicquid possis et quicquid velis, nunquam efficies apud miseram plebem quin hæreat in superstitione dierum et idolorum, et quin tribuat eis aliquid, et hac ratione abducatur a Christo et pereat.* Tu scis nichil esse situm in diebus, nichil esse idola, et nos non ignoramus, et quæ sint in nostra potestate intelligimus. Sed nos nostrî, neque nostræ sententiæ inflati rationem non habemus : sed quos nos jubet Christus portare, nempe infirmos et non intelligentes, charos habemus, et multa charitate horum ruinam vitare studemus. Et quæ scimus libera, statim non in medium proponimus ad omnium offensionem : et multò minùs quæ vetita sunt, et nusquam libera, ut habita sunt, et ut excipiuntur à miseris. Quid istis non venit in mentem, quæ tantopere vitari exigit Paulus, quibus offenduntur parùm docti : credimus omnes ita intellecturos in plebe quod non pauci intelligunt, nec dubitamus inter pastores esse qui non satis assequantur, et qui se et alios contaminent : non aliter usi externis, quàm olim et hodie faciant idololatræ. Liberet nos Deus à tam ignara pietatis, ædificationis et pacis scientia : qua sese venditant perditissimi homines, quos Christus aut immutet, aut pessimè disperdat, ut digni sunt !

*Essent hîc Principes sub Christo [admonendi] qui tot umbris cultum suum volunt obducere, ut sub Mose et in pedagogia legis, cum Deus jubeat nos scientia et mente non pueros esse et elementis hærere, sed magis et aucti et grandes, spiritu Deum colamus et veritate, non in monte aut Hierosolimis, locis aliquid tribuentes, Deum adoremus : neque dierum observatione aliquid faciamus, aut in ea alios detineamus, aut detineri patiamur, sed ut quàm purissimè Deum colant omnes et quærant. Essent sanè Principes multa diligentia et fide admonendi, ut quantò Christus Mose major est, tantò magis studerent omnia proffigare quæ Christum obscurant et quæ a Christi doctrina avocant, et magis eos imitarentur qui offendicula conati sunt auferre quibus cultus lege præceptus impuriùs fiebat, quàm eos qui non sine pseudo-prophetarum insano concilio, et Salomonis impio exemplo, qui alienum cultum fovebant, et ut exciperetur monebant, instaurabant et erigebant, ut fecerunt impii reges renitentibus et contradicentibus veris prophetis. Sed quàm dolendum est, hodie esse qui contrà doceant et conentur, quibus potenter per Deum resistendum est. Et piè et sanctè admonendi sunt qui præsumunt se et populum perdant, et diligenter caveant ne quid erigatur, aut reponatur quod plebem, alioquì satis ad ido[lo]latriam jam pronam et propensam, à qua nondum planè liberata est, instiget et quacumque ratione invitet. Sint memores illius sancti regis, qui serpentem æneum jussu Domini erectum, non temeritate et superstitione humana confictum, in quo Deus præfigurans salutem per Christi mortem fide in Christum percipiendam, voluit tam insigni miraculo suam populo misericordiam et bonitatem testari, data et restituta integra valetudine jam moribundis qui oculos direxissent in serpentem. Cumque tam benignè suo succur[r]erit populo, et præsentius sese opem laturum in Christo protestari voluerit, meritò debet hoc beneficium non præteriri, sed ob oculos versari : et potissimùm quod subinde intelligi vult Deus et quæ ad conservandam hujus rei memoriam faciunt : si ex Deo sint, angusta esse debent, et in hunc usum sanctè servari : quod nemo sanus negare ausit, at palàm est serpentem æneum ex Deo fuisse, cum ex præcepto Domini erectus fuerit, et facti insignis memoriam refricasse, sed longè utiliùs permonstrasse. Quid ergo non sacrosanctus fuit ? quid non con-*

servandus tantus liber simplicium, tot divina tum præterita tum futura continens? Quid Esaye et sanctis sui ingenii prophetis sanctus rex non dixit? Apagite cum ista vestra furiosa exclamatione, qua me vultis permovere ut rem tam piam, tam divinam, a Deo præceptam, ab ipso Mose conflatam, tot modis dignam servari, demoliar et comminuam. Quid hoc possum sine gravi jactura pietatis? Plus satis in externis occupati estis: ignoratis libertatem externorum. Docete iterum, dico, docete plebem ne colat serpentem, sed eum qui sanavit læsos à serpentibus et quem speramus venturum, Christum, de quo tu scripsisti, Esaya. Ego volo serpentem erigi, et ab omnibus videri, ut memoriam refricet beneficii divini. Quid hæc et alia id genus non adduxit, quæ possent in omnes qui cum Ezechia faciunt adduci, quorum ne umbram quidem habent mancipia ista, nescio an gloriæ dicam, aut insanie aut impietatis: dum nichil nisi libertatem crepant qua liberi a Christo esse volunt et ab omni charitate et ædificatione, salute et vita, ut serviant Sathanæ, suis conceptis odiis, ruinis, perniciæ et morti nunquam finiendæ.

*Quàm perniciosa est ista scientia quæ omnia evertit ac perdit, et quæ minimè licent licita censet, et ex libertate servitutem facit!* Hierosolimis erant sacrosancti dies quos per Mosem observari et ad tempus jusserat Deus. Patiebantur hæc et ferebant Apostoli: quibus ægrè persuaderi potuit, gentes in consortium piorum admittendas, nec cum illis commercii aliquid, nisi Judeis essent adjuncti: ne autoritas verbi quod locutus fuit Deus Mosi elevaretur. Quid enim attinebat ad hæc externa imminuere ulla ratione verbi pondus apud eos qui Mosem pro fido Dei servo habebant, et ea quæ hic proposuit ex Deo accepisse, firmiùs credebant quàm abduci possent à sententia, quæ faciebat ut magis crederent ex Deo esse quæ locutus est Moses, quàm intelligerent quid per illa vellet Moses.

*Nunc, quæso, videamus an in dierum observatione Paulus voluerit, gentes ecclesiam in qua tot et tanti erant apostoli, ita sequi ut conjunctæ magis essent, non tantùm in doctrina, verum etiam in externis? Tantùm abest ut hoc passus fuerit, quod si fieret, frustra se laborasse affirmet. Non poterat tantus Apostolus, qui sese in omnes vertebat formas, omnibus fiebat omnia, quò posset omnes Christo et Evangelio lucrifacere, quos reli-*

querat in ecclesiis gentium ac præfecerat, scribere et præcipere : « Docete libertatem dierum, sat vobis sit extirpasse omnem superstitionem. Non contendatis cum iis qui admittuntur ut dies isti sacri habeantur, sitis conformes ecclesiis apostolorum, in quibus ego ipse observo quæ illic observantur : faciet hoc plurimum ad pacem et concordiam et adificationem omnium ubique ecclesiarum : quid opus est sub uno Christo, sub quo oportet omnes unum esse, unum sentire et loqui, tanta externorum varietate, quæ pugnas, æmulationes, et quid non malorum pariunt ? »

Scribendum certè erat in hanc sententiam Apostolo iis qui docebant et plebi quoque. Verùm spiritu Christi plenus, et hoc unum summo studio contendens, ne vel minimus periret abductus puritate Evangelii a Christo, extra quem aliquid quæreret, requirit in Episcopo scientiam, qua illis Legis qui volunt, mali cum sint, doctores esse, resistant, et eorum obturent ora. Et in plebe tantam constantiam, ut ne angelo quidem è cælo dimisso ista docenti et præter Evangelium adferenti ejusmodi, fidem habeant, nusquam relabantur ad elementa infirma et egeña : et id tam sæpe agit et tanta vi spiritus, ut mirum sit hodie inveniri qui ad hæc revocent quæ nulla ratione cum institutis Legis componi possent. Nam quæ ex Deo olim ordinata fuerunt nunquam potuerunt tot secum adferre mala, quàm ea quæ homo adinvenit : quæ ut erant omni impietate plena dum abrogarentur, ita si reponantur supramodum facient omnia exundare. ut præstiterit multò nunquam abrogata fuisse. *Joannis Baptistæ, præcursoris Christi, dies sacer sit, profestus notetur et magno strepitu campanarum præmuncietur, quid non pariet superstitionis, magicæ et incantationum ? Quid non fiet dum legentur herbæ ?* Quot invocationes magicæ ? Non dies sufficiet, addenda erit nox, cibus, vestitus et quid non in sacris tantis observandum ? Taceo de *Epiphania*, de *Ascensione*, ne abyssos superstitionum intrem.

Quis est qui non videat sponte insanientes instigari vehementiùs, si vel rimula illis aperiatur ? At docendus est populus, avocandus est à tali superstitione. Quid aliud fit à piis pastoribus ? Et tamen, ubi quæ permovebant plebem absunt, non potest avocari quin pars aliqua hæreat in luto, restitutis diebus, non

pars, sed omnes conversi ad superstitionem, dimoveri demum nulla poterunt via. Hic non est quod quis philosophetur apud se, et ex se ipso metiatur alios. *In rem presentem veniendum est. Considerandum est ingenium plebis, quam facile offendi possit.* Si unius fratris cujus gratia Christus obierit, tantopere exigit Paulus rationem haberi, ne offendatur, ne putet idolum aliquid esse, aut idolis immolatum, quanto magis plebis copiosæ ratio habenda est? Quam cum ob oculos habeatis, et plenè sit nobis compertum, emptam eam esse Christi sanguine, à quo pastores designati, — *potiùs omnia ducite vobis ferenda, et non unam, sed mille mortes obire priusquam patiamini gregem vobis concreditum dissipari et perdi.* Invocate verum pastorem, Christum. Non vos deseret, rex quum sit regum et Dominus omnium, non est quod timeatis sub eo, posteaquam omnia egistis quæ faciunt ad emollienda saxa, non dicam homines, nec aliquid effectum est. Nunc constantia est opus. *Nunc factis præstandum quod hactenus verbis docuimus faciendum: nulla ratione cedendum est in his quæ perniciem afferunt plebi.*

*Quantùm attinet ad Baptismi prophanationem,* quod tam sacra institutio conjuncta ministerio, imò pars ministerii, etiam ad mulierculas relegetur, et una *Zephora*<sup>1</sup> circumcissione sua satis istis sit, — pergant igitur isti collectores ex uno tanto semel peracto sine jussu Dei, nam potiùs Moses id peragere debebat, et ratiocinentur ex agni mactatione quæ in singulis fiebat aedibus à patrefamilias, aut eo absente ab alio. Cum ut baptismus successit circumcissione, ita cœna esui agni, unusquisque panem apud suos domi frangat, et cœnam celebret. hocque munus pastoris usurpet. Nam potior videtur ratio de Cœna ex analogia agni, quàm de baptismo ex data circumcissione. Si dicant expectari debere cœtum et convenire unà, nec singulos propriam decere cœnam edere, an non omnia decenter et ordine fieri itidem debent? *Mulier, quæ prohibetur docere in cœtu et jussa tacere,* memor quod seducta fuerit, *abluet in remissionem peccatorum, quod sine doctrina fieri non debet!* Tantum mysterium quid potest, nisi reverenter et augustè in ecclesia agi[tur]? Non immeritò tantum in pastore requiritur ut sacer sacra ut decet tractet: ut ministerium sacrosanctum, ut est augustum et effi-

<sup>1</sup> Sur *Séphora*, cf. Exode, IV, 24-26.

cax, ita habeatur. Mirum si istis non tanti fit *baptismus*, quem conjunxit Christus prædicationi Evangelii, quàm ovium mactatio et oblatio et thuris suffitus per Mosem sacerdotibus commissa : quæ qui temerè sunt ausi facere, cum reprehensione pœnas dederunt. Cupimus omnes prophetare, sed ordine et decenter, ut addecat in ecclesia Christi. Existimo vos, fratres, quos in Domino suspicio, meliora et saniora sentire de iis quæ Christus in sua ecclesia voluit sacra esse : neque vos solam aquæ intinctionem externam intueri, sed verum spiritus sancti lavachrum, veram aspersionem sanguinis Christi, quæ fit in tam sacro Christi instituto, magnifacere, et ideo multa cum observatione et reverentia minimis tam sacra administrare : adeò ut nobis doleat quòd *præsens infirmitas*<sup>2</sup> non patiatur pro dignitate tam divina peragere. Cumque pro hac infirmitate præcari Deum debeamus ut pro ignorantia, cum non ita omnia sciamus et intelligamus ut expediret quæ fiunt et offeruntur sacrosancto mysterio baptismi, et quæ ministris sunt credita, et quamvis sciamus nos vocatos a Domino ad hoc munus per spiritum Dei, qui suos agit, diligentius inquirentes quid possint et norint admittendi ad ministerium, ut rectè hoc exequantur, Cum ergo non sine suspiriis ultionem Dei demere[a]mur, et quæ commertis sumus infirmiores et minùs gnari quàm par sit, et in hoc qui ad munus vocant, intenti esse debeant ut idoneos quàm maximè eligant, — quis infirmis mulierculis, et tam ignaris mysteriorum Dei tantam committet provinciam ut præcipua administrarent ?

Videant isti ne viri sint sanguinum, qui ecclesias confundant et tam miseras perdant mulierculas. Decebat effœminatos pontifices fœminis omnia hæc committere : sed non ita veris Christi sacerdotibus, qui non solùm arguant mulierculas, imò omnes qui inordinatè pergunt : ut seditiosos *Cutabaptistas*, et ipsos quoque reges, quæ non decet ausos sibi usurpare. *Non patiamini igitur prophanationem sacrosancti Ministerii* quo sese offert Christus et potenter agit in suis : *et sicut prædicationem non censetis aliis committendam quàm ministris ritè institutis et debitè intrantibus, vocatisque a Deo, ita nec sacram intinctionem, quæ conjuncta est prædicatorum ministerio.* Si quis attentet aut

<sup>2</sup> Voyez la lettre de *Jean Fathon* du 16 mai (p. 239, renv. de n. 33).

vi aut alia ratione, si vobis alia non sit via resistendi quàm prædicatione pura, qua tantam damnetis in Christi institutum contumeliam, poscite ut suam Deus asserat gloriam, et temerariis temeratoribus sacrosanctæ functionis digna rependat. Videbitis Dominum non surda præterire aure vestras preces, modò instanter et ardentè fide petatis. Quid omittunt isti quominus toti pereatis? Christum cum è pectoribus vestris ademptum, ut cupiunt, non possunt profligare, licet satagant ut ea admittatis ob quæ iratus Deus vos feriat, et sese subducat.

*Hoc insuper conantur efficere ne sitis quod estis: sancta con-  
cilio et christianus cœtus.* Et cum sanctam animorum in Christo conjunctionem dissolvere nequeant, id tamen quod ad eam conservandam facit, *pium et sanctum conventum prohibendum student*: cum is valdè sit necessarius et supramodum utilis, ut sentiunt omnes qui in nomine Jhesu congregantur, et qui unà congregati patrem orant, sese mutuò admonentes officii, quò quisque suo respondeat muneri. Quod perinde est ac si (ut fit) membra corporis, ut valent et possunt, inter se dispiciunt quid in uno quoque desideretur quominus suo fungatur munere: Oculorum lipitudinem digiti emundant et aurium sordes repurgant, vident oculi quid sit in manibus, quod noceat una pellit ab altera. Portant pedes corpus eò quò oportet, ut omnibus consulatur partibus. Sanè nichil est quod alteri, conjunctis officiis, membro non adsit ac toti demum corpori: Quod multò magis est necessarium in Christi corpore, et iis qui præluere aliis debent. Quare si non vultis divinum nexum, quo mentes vestræ sunt conjunctæ, dissolutum iri, sanctos Cœtus vestros in D.[omino] quibus magis ac magis per Christi spiritum unum efficiuntur, ne patiamini à vobis auferri, sed constanter in eis perseverate. *Si quid fortè timeant qui fortè sub umbra Christi, pro veritate et ædificatione, quæ purè petitur à vobis, Antichristi mendacia et dissipationes meditantur, adsint vestris colloquiis: coram illis agite syncerè quæ absentibus soletis.* Si quid Christi utcumque sepultum apud se habeant, excitabitur vestris puris colloquiis et agendi ratione, quæ cum recta et bona sit lucem non refugit, cum in luce fiat, Christo scilicet. Si prorsùs deplorati sint, sentient manum Domini.

*Convenerunt, ut solent, fratres primo die Jovis, ut fit in sin-*

*gulo mense.*<sup>3</sup> *Vestram exposui angustiam, et quàm premeremini: quod dudum verebantur non pauci, non ignari quò tenderent praeludia illa quorundam qui vitia ducunt magis imitanda quàm virtutes. Non parùm omnibus doluit, et receperunt singuli apud se, et apud ecclesias, vos et ecclesias vobis concreditas pro viribus duros operam ut vos precibus adjuvent, meque omnium nomine jusserunt, vos obtestarer ut nichil admitteretis quod in ruinam cederet ecclesiarum, neque vestràm aliquis stationem suam desereret, sed purè perstaretis in iis quæ verè servant et faciunt ad conservandas ecclesias, et ut potiùs hanc vitam cum morte commutetis, quàm recta sinatis mutari in obliqua, et pro ædificatione in ruinam gravem perducatis ecclesiam, cedentes Sathanæ et suis. Obsecrans igitur vos in Domino ut pergatis unanimes, uno non solùm ore sed spiritu et mente tueri ecclesias, et salutem plebis, et nulla ratione hostibus tam chara Christi pignora nobis semel concredita prodatis: sed omni fide, summa diligentia, perfecta constantia, indefesso studio conservare verbo et sanctis incumbentes precibus, nichil vos terreat, nichil formidetis. Deus propè adest cujus est opus: ejus causa, non vestra, agitur, eam non contemnet neque vos deseret pro se strenuè laborantes. Sitis igitur fortes: et quæ videntur non tantum habeant momenti apud vos ut ea quæ non videntur, et quæ æterna sunt [non] amittantur vel negligantur.*

*Non hæc excipietis, fratres, quæ utcumque à me quantum suffuratis aliquot horis licuit indigestè profundere, ut ab eo qui putet se aliquid esse, aut præstare posse inter vos, quorum et prudentiam et sapientiam et eruditionem, et sancta concilia colo et veneror: neque existimo me esse eum cujus consilio vel auxilio quicquam vobis accidere [l. accedere] possit. Sed ingens (qua vos inter cæteros amplexor) charitas, quaque istas ecclesias exosculor coëgit me suprà quàm possum adniti, et rei indignitate ita permoveri ut vobis cum ecclesiis bene sit, ut in D.[omino] discupio. Ita vos, quod opto, meum sanctum affectum in vos propensum intelligite, et hujus gratia omnia boni consulite: si*

<sup>3</sup> Le jeudi était le jour de la congrégation ordinaire des pasteurs, à Neuchâtel, et, à l'origine, elle se réunissait chaque semaine. Ce fut donc par exception que l'assemblée à laquelle assistèrent Zébédée et Viret en 1543, eut lieu le mardi 30 octobre (p. 97, n. 12).



quid sit quod in rem ecclesiarum faciat, quod à me adductum fuerit, gratias Deo agite. Nam quæ me premunt<sup>4</sup> non paterentur, si quid possem, ut commodè scribendo præstarem. *Ab aliis meliora expectate, ut ab integerrimis fratribus Calvino et Vireto*, quibus affatim largitus est Dominus, quò et ecclesiis quas susceperunt a Deo, et aliis prospiciant sanctis consiliis, prout et vobis impertitus est Christus. Quæ adaugeat et efficacia faciat is qui author est omnis gratiæ et virtutis, cui vos et vobis concreditas ecclesias commendo. Is vos servet sanos fide, ardentibus charitate, indefessos in suo opere, unanimes, unum sentientes, et nulla ratione patiatur vos disjungi, neque vos neque ecclesias lædi ullo pacto sinat! Et ex inimicis et adversariis, propter Christum amicos et conjunctissimos in Christo vobis conciliet, in opus sacrosanctum Evangelii dignè ac purissimè peragendum, ut quàm latissimè Christi regnum protendatur et quàm syncerrissimè annuncietur! Vestris me adjuvate precibus, ô fratres integerrimi, et idem ab ecclesiis impetrate. Vestri non obliviscar, prout hæcenus vestri memor fui, et ut has ecclesias sum hortatus, ita pergam, Domino propicio. Valetè quàm fœlicissimè. Salutant vos fratres omnes, quibus non parùm chari estis. Neocomi, 6 Maii 1544.

Vester totus FARELLUS, suo et fratrum nomine.

Quæ annotata sunt cœtus nomine jussus sum ad vos scribere.

(*Inscriptio* :) Christi servis pietate et eruditione non vulgari ornatis, Pastoribus ecclesiarum Monbelgardensium, symmistis et fratribus quàm charissimis.

## 1350

BÉAT COMTE à Henri Bullinger, à Zurich.

De Lausanne, 7 mai 1544.

Inédite. Autographe. Arch. d'État de Zurich.

Gratiam et pacem a Domino. *Non lubenter me obstringo formandæ atque instituendæ juventuti* : simul quia id commodè

<sup>4</sup> Allusion à sa maladie (renv. de note 2).

facere arduum est et sanè difficile, simul *quia sæpiùs peregrinari et à meis abesse innumera me ægrotantium cogit multitudo*<sup>1</sup>, quibus dum medicinam facio, meorum curam vel negligere vel non perinde sedulò gerere cogor. Verùm ad tuas preces, doctissime Bullingere, nihil non sum facturum. Itaque juvenem illum quem mihi literis commendasti, inter meos domesticos recepi<sup>2</sup>, ac sum pollicitus me in eo instituendo planum facturum, quàm ex animo *Tigurinis* faveam omnibus quàmque tua apud me commendatio valeat. Dicam citra fucum : nemo hodie inter Christianos et doctos vivit cujus pietatem, candorem, doctrinam magis mirer, magis deosculer et amem quàm unius Bullingeri. Proinde injurius es mihi, qui mecum precibus agis. Posthac ergo impera et invenies me non minùs tibi obsequentem, quàm par est filium esse parenti.

*Responsionem tuam ad Cochlei librum*<sup>3</sup> adcepi, eandem symmistis ac fratribus meis communicabo simul atque perlegero : antè tamen, si quidem id fieri potest, explebo me atque exsatiabo eam ipsam sæpiùs legendo. Caterùm gratias tibi ago, doctissime vir et pater summè mihi observande, quòd tanto munere me et dignum judicaveris et donaveris. Atque utinam tibi ego doni possem aliquid mittere, quando nimirum beatius est dare quàm adcipere. Sed non ita visum est Domino, cujus fiat voluntas. DD. P. *Viretum*, *Celium Secundum* et reliquos omnes fratres et symmistas meos tuo nomine salutavi, qui vicissim te ac totam istam ecclesiam resalutant. Vale bene atque beatè. Laus. nonis Maii 1544.

Tuus ex animo B. COMES Donzarensis.

(*Inscriptio* :) H. Bullingero, viro graviss. et doctissimo, Tigurinae ecclesiae Antistiti vigilantissimo et sanctissimo, non in paucis mihi colendo. Tiguri.

<sup>1</sup> Voyez le N° 1329, p. 163, renv. de n. 15.

<sup>2</sup> C'était peut-être le jeune homme dont il parle dans sa lettre à Rodolphe Gualther du 17 décembre 1544, c'est-à-dire, *Jacob Kriech*.

<sup>3</sup> Cf. sur *Jo. Cochleus*, le t. VI, p. 258, note 8. Voici les titres de deux ouvrages qu'il publia contre *Bullinger* et des réponses de celui-ci :

De canonicae scripturae et catholicae ecclesiae autoritate libellus ad Hen. Bullingerum. Ingolstadii, 1543, in-4°. — H. Bullingeri ad Johannis Cochleii de canonicae scripturae et catholicae ecclesiae autoritate libellum, orthodoxa responsio. Tiguri, 1543, in-4°.